ſapui. Cupio, cupiui, cupitum. Pario, peperit, paritum. Percutio, percufi, percuffum. Arguo, argui, argutum. Struo, ſtruxi, ſtructum. Fluo, fluxi, fluxum. Scribo, ſcripſi, ſcriptum. Bibo, bibi, bibitum. Duco, duxi, ductum. Vinco, vici, victum. Dico, dixi, dictum. Creſco, creui, cretum. Noſco, noui, notum. Cognofco, cognoui, cognitum: ſic agnoſco. Compelſco, compelſui. Diſco, didici. Parco, peperi, paritum, vel parſi, parſum. Conſueſco, conſueui, conſuetum. † Deſinentia in do; habent; di; in præterito, & ſum; in ſupino: vt; edo, edi, eſum.

† Sed fundo, fudi, fuſum. Cado, cecidi, caſum. Cædo, cecidi, cæſum. Hinc; Occido, occidi, occiſum, &c. Addo, addidi, additum, &c. Scindo, ſcidi, ſciſſum. Claudio, vado, rodo, trudo, lædo, diuido; habent; ſi, ſum. Cedo, ceſſi, ceſſum.

Go; finita, faciunt; xi; ctum: vt; cingo, vngo, diſtinguo. † ſed pingo, pinxi, pictum, ſic ſtringo.

Rego, rexi, reſctum. Spargo, mergo, ſi, ſum. Ago, egi, actum. Frango, fregi, fractum. Tango, tetigi, tactum. Lego, legi, lectum, &c. † Sed diligo, intelligo, negligo; exi, ectum. Veho, vexe, vectum. Traho, traxi, tractum. Colo, colui, cultum:

† Sed alo, alui, alitum vel altum. Vello, velli, vulſum. Pello, pepuli, pulſum. Tollo, ſuſtuli, ſublatus. Vomito, vomui, vomitum. Promo, prompſi, promptum: ſic ſumo. Emo, emi, emptum. Premo, preſſi, preſſum. Poſco, poſui, poſitum. Contemno, contempſi, contemptum. Cano, cecini, cantum. Carpo cum ſimilibus, pſi, ptum. † Sed ſtrepo, ſtrepui, ſtrepitum. Rumpo, rupi, ruptum. Coquo, coxi, coctum. Relinquo, reliqui, relictum, &c. Tero, triui, tritum. Quæro, quæſui, quæſitum. Gero, geſſi, geſtum. Curro, cucurri, curſum. Fero, tuli, latum. Sero, ſeui, ſatum. Conſero, conſeui, conſitum, &c.

Deſero,

LATINAE RVDIMENTA. 31

Deſero, deſerui, deſertum, &c. Meto, meſſui, meſſum. Sterto, ſtertui. Neſto & peſto, xui, vel xi, xui. Flecto, flexi, flexum. Mitto, miſi, miſſum. Peto, petiui, petiui, petitum. Verto, verti, verſum. Voluo, ſoluo, ſolui, ſolutum. Viuo, vixi, victum. Texo, textui, textum.

¶ Præterita verborum quartæ coniugationis formantur in iui; & ſupina in itum: vt; Audio, audiui, Præterita & auditum. * Sed Venio, veni, ventum. Vincio, vinxi, ſupina verbo- vincium. Haurio, hauſi, hauſtum. Sentio, ſenſi, ſenſum quartæ eſum. Sepelio, ſepeliui, ſepultum. Salio, ſali; vel; ſalingationis. ſalium. Aperio, aperui, apertum, &c.

De Generalia quadam ſyntaxeos præcepta.

SYNTAXIS GRÆCÆ, Latinæ; Conſecutio, dicitur emendata partium orationis compoſitio. Ea duplex eſt. Nam diſtiones aliæ concordare, ſeu conuenire dicuntur, aliæ regere.

De conuenientia.

¶ Subſtantiuum, & adiectiuum inter ſe conſentiunt eodẽ genere, numero, & caſu: vt; Vir bonus; Mens ſana. Corpus ſanum: Boni mores.

¶ Relatiuum & antecedens inter ſe congruunt in eodem genere, numero, & perſona: vt; Gratus eſt liber, qui prodeſt & delectat. Mala eſt voluptas, quam conſequitur mæror. Nihil eſt, quod Deus efficere non poſſit.

¶ Nominatiuum & verbum perſonale finiti modi (ſiue ſuppoſitum & verbum appoſitum) coniunguntur in eodem numero & perſona: vt; Virtus Nominatiuus; laudatur. Ego memoriter multos verſus pronuncio. Tu neſcis. Ille audit. Nos dimittemur, vos manebitis. Sed hic nominatiuus ſæpè non exprimitur, ſed intelligitur in verbis primæ vel ſecundæ perſonæ: mem.

PRIMA GRAMMATICÆ

personæ: vt; fecisti, non feci. Exprimatur autem vel discernendi causa, vel significantius dicendi: vt; Ego sum ille.

Annotatio ad tres præcedentes regulas.

Syllepsis seu conceptio.

Duo, vel plura singularia, coniunctione copulata, pluralis vim habent: vt; Virgilius & Horatius inter Latinos Poetas eminent. †Hic illud pueri dicant, genus masculinum dignius esse foemino & neutro. Primam quoque personam digniorem seu præstantiorem esse secunda & tertia, & ob eam causam fieri vt cum diuersa genera, vel personæ diuersæ coniunguntur, adiectiuum, vel relatiuum, vel verbum cum digniore parte conueniat: vt; pater & mater sunt amandi, quos iubemur honorare. Ego & tu disputabimus. Tu & frater pronuntiabit. Atque in his quidem exemplis vnæ sunt orationes: sed vbi diuersæ erunt orationes, adiectiuum vel verbum congruet cum viciniore: vt; Animus sanus, & valetudo bona expetenda est. Non aurum foeminam ornat, sed boni mores.

Zeuema.

4. Interrogatio & responsio conueniunt inter se de solo casu: vt; Quis pauper est? auarus. Cuius est liber? Pauli; vel; tuus est, vel meus. Quot nummos amisisti? duos. &c.

5. Duo nomina substantiua ad eandem rem pertinentia coniunguntur in eodem casu per appositionem: vt; Christus Dominus. Maria virgo. Bos animal; vel; boues animal, vel bos est animal.

De Syntaxi eorum quæ vulgo regere dicuntur.

6. Duo substantiua res diuersas significancia.

SVBSTANTIVO nomini adiungitur alterum substantiuu diuersum in genitiuo, qui vel

LATINAE RVDIMENTA. 32

possessionem vel mēsuram, vel numerum, vel relationem ad aliquid significat: vt; Domus consulis: Modius tritici. Decem milia peditum. Omnium rerum vicissitudo est. Filius Priami. †Non dicitur, Hector Priami, nisi nomen appellatiuum, filius, subaudiatur.

7. Dictiones partitiuæ, quæ singulæ plura significant, aut vnum ex pluribus, postulant genitiuum pluralem eiusdem generis: vt; Nullus hominum, Nulla sororum. Maior fratrum. †Nisi nomen sic collectiuum: vt; Optimus plebis. Quædam adiectiua in neutro genere pro substantiuis posita, genitiuum recipiunt: vt; Multum laboris. Adiectiua quæ desiderium significant, genitiuum exigunt: vt; Studiosus Philosophiæ. Quæ copiam vel inopiam, modo ablatiuum, modo genitiuum admittunt: vt; Fide plenus: Plenus rimarum.

†Sed eiusmodi verba sæpius ablatiuum postulant: vt; Abundare præceptis Philosophiæ.

8. Omne adiectiuum, vel verbum potest admittere datiuum significantem commodum vel incommodum, siue personam, aut rem cui aliquid fit: vt; Veritas multis non est iucunda, sed grata bonis. Mihi istic nec feritur, nec metitur. Non omnibus dormio.

9. Verbum actiuum vel actiuè significans recipit accusatiuum in persona vel re patiente: vt; Veritas odium parit. Filius patrem veretur, Matrem osculatur. Et quædam absoluta actiuè posita admittunt accusatiuum: Horarius; Omnes vnâ manet mors. Ludere aliquem dolis. Et; ludere operam in aliqua re. Terentius.

10. Comparatiuo additur ablatiuus rei superatæ seu inferioris: vt; Chorcebo stultior: id est, quàm Chorcebus.

¶Omne

PRIMA GRAMMATICES

11. ¶ Omne verbum admittit accusatiuum significan-
tem spacium temporis: vt; Nestor vixit tres ho-
minum ætates: qui ponitur etiam in ablatiuo: vt;
vixi cum eo coniunctissimè tribus annis.

12. ¶ Omne verbum re-
cipere potest ablati-
uum significantem

Speciem temporis, cum
fit interrogatio per quan-
do: vt; scripsi hora tertia,
nocte, superioribus dieb⁹.

Instrumentum: vt; scri-
bo calamo, cui non potest
addi; cum.

Causam: vt; pallet me-
tu: Ardet studio veri repe-
riendi.

Modum actionis: vt; scri-
bit magno labore.

13. ¶ Verba voluntatis, cõsilij aut facultatis, & ver-
ba impersonalia præponitur verbis infinitiuis: vt;
Cupio discere. Nõ possum dicere. Libet experiri.

14. ¶ Verba substantiua, vocatiua, & similem vim
habentia recipiunt à tergo nominatiuum: vt; Ira
est furor breuis. Ebrietas dicitur infania volunta-
ria. Sedet incuruus, &c.

15. ¶ Infinitiuus verbi personalis accusatiuũ à fron-
te recipit: vt; audio Cæsarem ad Galliã aduentare.

16. ¶ Verba emendi & vendendi, & permutandi
postulant ablatiuum significantem pretium: vt;
Emit tribus assibus, Magno reuendit. Cicero: Emi
propè dimidio carius, quàm estimabat. Sed exigũt
hos genitiuos, tanti, quanti, pluris & minoris: vt;
Ne minoris vendas, quàm ego emi.

17. ¶ Participium, supinum, & gerundium admit-
tunt à tergo casum sui verbi eiusdem significatio-
nis: vt; Audio doctorem, audiens, auditurus, Eo
auditum;

LATINAE RVDIMENTA. 33

auditum; & ad audiendum, doctorem. Auditus à
me doctor, & sæpius audiendus.

¶ Priora supina adiunguntur verbis motum ad 18.
locum significantibus: vt; Spectatum venit. Ire cu-
bitum, vel dormitum; deambulatam, pransum,
cænatum, venatum, &c.

¶ Posteriora supina quibusdam adiectiuis adiun-
guntur. Iuuenalis; Nil dictu foedum, visuq; hæc li-
mina tangat, Intra quæ puer est. Iucundũ auditu.

¶ Aduerbia iunguntur verbis, vel participijs, vel 20.
nominibus, & interdum alijs aduerbijs: vt; Parum
perpendit. Temerè iudicans. Egregiè impudens.
Admodum puer, adolescentulus. Bene manè.

¶ Propria nomina oppidorum & vicorum ad-
iunguntur verbis quietem in loco significantibus
in genitiuo, si sint primæ vel secundæ declinatio-
nis: sed in datiuo & sæpius in ablatiuo, si sint ter-
tiæ, vel pluralis numeri; vt; Habitat Ultraiecti, Lo-
nauij, Lutetiæ, Carthagini vel Carthagine, Athe-
nis, &c. Additur domi & datiuus ruri: vt; domi
apud me est. Regionum autem, insularum, &
montium nominibus præpositio apponitur, sicut
appellatiuis: vt; habitat in Germania, in Gallia, in
Italia. Expectat in foro, in templo, &c.

¶ Verbis motum ad locum significantibus ad-
ditur accusatiuus nominum oppidorum & vico-
rum: vt; venit Romam, Carthaginem, Lutetiam,
Athenas, &c. Sic etiam dicimus; Domum ire,
Rus ire. † Sed regionum, insularum, & motium
nominibus, præpositio additur: vt; In Italiam, In
Siciliam, In forum, &c.

¶ Verba motus à loco, vel per locum requirunt
nomen proprium oppidi, aut vici in ablatiuo: vt;
Redijt Roma, Carthagine, Athenis, Venetijs.
Quibus adduntur; rure, & domo.

¶ Verba motus à loco ad; vnde;
per locũ ad; quã

PRIMA GRAMMATICES

† Sed regionum, insularum, & montium nominibus præpositio additur: vt; Ex Italia, per Germaniam, &c. Et; ex foro, per forum.

BREVIS QVAEDAM SAPIENTUM dicta, & faciles vilesque sententia Ciceronis, initio pueris proponenda.

¶ Dicta Sapientum.

DEum cole. Parentes reuerere.
 Pietatem sectare. Veritati adhaerere.
 Mendacium oderis. Audi multa, loquere pauca.
 Responde in tempore. Libros euolue.
 ¶ Ama virtutem. Malorum congressus fuge.
 Voluptatem coërce. Laudato honesta.
 ¶ A vitijs abstineto. Legibus pareto.
 Magistratum reuerere. Seniore reuerere.
 ¶ Ne iurato. Nosce teipsum.
 Ne quid nimis. Iracundiã moderare.
 ¶ A maledicentia temperato. Inimicitias deponere.
 Pacem dilige. Litem oderis.
 ¶ Omnibus placeto. Cogita quod iustum est.
 Temperantiã exerce. Aliena ne concupiscas.
 Oculis moderare. Turpia fuge.
 Laudatus esto.
 ¶ Iustè rem para. Lucrum turpe res pessima.
 Ne fueris molestus.
 ¶ Moribus probatus esto. Ne sis elatus.
 Inferiorem ne reijcias. Cede superiori.
 ¶ Iustè iudicato. Calumniam oderis.
 Parentes patientia vince.
 ¶ Quæ feceris parentibus, eadè à liberis expecta.
 Ne contendas cū parentibus, etiamsi iusta dixeris.
 Liberos

LATINAE RVDIMENTA. 34

Liberos institue. Quod oderis, alteri ne feceris.
 ¶ Ne sis desidiosus. Ne festines loqui.
 Arcanum cela. Ne lingua præcurrat mentem.
 Infortunatum ne irriseris. Comparato in adolescentia modestiam, in senectute sapientiam.
 Bona res quies. Periculosa temeritas.
 Violentiam oderis. Persuasione cape, non vi.
 Voluptates sunt mortales, honores immortales.
 ¶ Ne efferaris gloria. Ne faciliè promittas.
 Quod promiseris præstato. Beneficium repende.
 Bene meritos honora.
 ¶ Sapientum vttere consuetudine.
 Bonos in precio habeto. Ea facito, quorum nõ possit poenitere. Cū erraueris, muta consilium.
 Bene sperare ne desistas.
 Ne quauis re doleas. Ne prior iniuriam facias.
 Affabilis esto.
 ¶ Omnibus teipsum præbe. Concordiam sectare.
 Amicitiam retine. Teipsum ne diligas.
 Ne loquaris ad gratiam, &c.

Sententia aliquot M.T. Ciceronis pie, & cum religione Christiana non malè congruentes.

DEI prouidentia mundus administratur.
 Deum agnoscimus ex operibus eius.
 Quis est tam vecors, qui, cū suspexerit in cælum, Deum esse non sentiat?
 ¶ Ignorare Deum non potest, qua quisq; mète est.
 Deus hominum commoda vitalq; tuetur: & qualis quisque sit, quid agat, quid in se admittat, qua mente, qua pietate colat religionem, intuetur: piorumq; & impiorum habet rationem.

PRIMA GRAMMATICES

¶ Parentes charissimos habere debemus.
Nemo parricidæ supplicio misericordia commouetur. Omnes trahimur ad cognitionis & scientiæ cupiditatem.

¶ Hominis mens discendo alitur.
Discendi voluptas, potius est quam labor.
Omnes discendi studio tenentur.

Optima discenda sunt. Turpè est nescire Latinè.
Scientia nulla est res præstantior.

¶ Quid est optabilius sapientia? quid præstantius? quid melius? quid homine dignius?

Diligentia in omnibus rebus plurimum valet.
Cœlestia semper spectato, humana contemnit.
Propter virtutem iure laudamur.

Nihil est tam contra naturam, quam turpitudine.
Malorum esca voluptas, qua homines capiuntur.

Nulla capitalior pestis, quam corporis voluptas: impedit enim consilium, rationi inimica.

¶ Improbo bene esse non potest. Impij poenas luunt. Animi conscientia improbi semper cruciantur. Peccare licet nemini. Humanum est peccare, sed beluinum in errore perseverare.

Cuiusvis est hominis errare: nullius, nisi insipientis, perseverare in errore.

¶ Qui non defendit iniuriam, neque propulsat à suis, cum potest, iniuste facit.

Accipere præstat quam facere iniuriam.

Semper ita viuamus, ut rationem nobis reddendam arbitremur. A recta conscientia non oportet quenquam in omni vita discedere.

Exercendæ memoriæ gratia, quid quoque die dixerim & fecerim, commemoro vesperi.

¶ Nihil est amabilius virtute, nihil quod magis alliciat homines ad diligendum.

Modus est optimus. Sit in victu temperantia.
Mentè

LATINAE RVDIMENTA. 35

Mente rectè uti non possumus multo cibo & potione cõpleri. Temperantia libidinù inimica. Verecundia custos virtutum omnium.

Iustitia virtus omnium est domina & regina virtutum. Pura religione Deum cole.

Pietas est fundamentum omnium virtutum.
Pietas grata est Deo.

¶ Nihil est laudabilius placabilitate & clemètia.
Est hominù naturæ maximè inimica crudelitas.

Qui se metui volent, à quibus metuuntur, eosdem metuant ipsi necesse est. Amicitia colenda est, & omnibus rebus humanis anteponenda.

Turpis est assentatio. Omnes aliud agentes, aliud simulantes, perfidi, improbi, malitiosi sunt.

Monere & moneri proprium est verè amicitia.
In Græcorum prouerbio est; amicorum omnia esse communia.

¶ Liberalitate nihil est naturæ hominis accommodatius. Prodigii vituperandi. Referenda est bene meritis gratia. Omnes immemores beneficij oderunt. Præclare Ennius; Benefacta malè collocata, malefacta arbitror. Fortes & magnanimi nihil extimescunt: omnia humanà despiciunt: nihil quod homini accidere possit, intolerandum putant. Cauenda est gloriæ cupiditas. Odiosa est arrogantia. Temeritas à sapientia dissidet plurimum. Temeritas & audacia stultorum & improborum est. In virum bonum non cadit mentiri. Malè parta malè dilabuntur. Magnù vestigal parsimonia. Diues est, qui suo contentus, nihil sibi deesse putat. Contentum suis rebus esse, maximæ sunt certissimæq; diuitiæ.

Auari quoniam plus semper appetunt, pauperes æstimandi sunt. Nunquam expletur nec satiatur cupiditatis sitis. Appetitus rationi pareat.

PRIMA GRAMMATICES

Potest quicquam esse absurdius, quàm quò minus viæ restat, cò plus viatici querere? Quis est, quamvis sit adolescens; cui sit exploratum, se ad vesperum esse victurum? Vtrum vivere an mori sit melius, Deus scit: hominem quidem arbitror scire neminem. A malis mors abducit, non à bonis. Nisi Deus istis te corporis custodijs liberauerit, ad cœlū aditus patere non potest. nec enim iniussu eius, ex hominum vita migrandum est, ne munus assignatum à Deo defugisse videamur.

Non me vixisse pœnitet (inquit senex ille Cato) quoniam ita vixi, vt frustrà me natum non existimem. & ex hac vita discedo tanquam ex hospitio, non tanquam ex domo. commorandi enim natura diuersorium, non habitandi dedit. Libidinosa & intemperata adolescentia effœtum corpus tradit senecturi. Qui rectè & honestè curriculum viuendi à natura datum confecerit, ad astra facilè reuertetur, vbi beati sempiterno xuo fruuntur.

Sapientissimus quisq; æquissimo animo moritur, stultissimus iniquissimo. animus enim qui plus cernit & longius, videt se ad meliora proficisci, ille autem cuius obtusior sit acies, non videt. Quid habet vita còmodi, quid nò potiùs laboris?

Plures sententias, qui vult, superioribus adiungat. Hoc modo licebit & ex Terentio non solum colloquiorum fosciculos v'sitatiores, verùm etiam sententias colligere, quales aliquot subiicimus.

Sententia quadam Terentij & Proverbia.

Ex Andria.

Id arbitror adprimè in vita vtile esse, vt; Ne quid nimis. Hoc tempore obsequium amicos, veritas odium parit. Ingenium est omnium hominum à labore procline ad libidinē. Mala mens, malus animus. Seni verba dare difficile est.

Facta

LATINAE RVDIMENTA. 36

Facta transacta omnia. Aliquid monstri alunt. Dum in dubio est animus, paulò momento huc illuc impellitur. Quoniam id fieri quod vis nò possit, velis id quod possit. Facile omnes cum valeamus recta consilia ægrotis damus.

Verum illud verbum est, vulgò quod dici solet: omnes sibi meliùs malle esse quàm alteri.

¶ Ego in portu nauigo. Amantium iræ amoris redintegratio est. Valeant, qui inter nos diffidium volunt. Nò Apollinis magis verum atq; hoc responsam. Mirum verò, impudenter mulier si faciat meretrix? Fallacia alia aliam trudit.

Paululùm interesse censes, ex animo omnia, vt fert natura, facias, an de industria.

Vt quimus, quando vt volumus non licet.

¶ Omnis res iam est in vado. Si mihi pergat quæ vult dicere, ea quæ non vult audiet.

Nodum in scirpo quæris. More hominum euenit, vt quid sim nactus mali priùs rescisceres tu, quàm ego quid tibi euenit boni.

Somniat ea quæ vigilans voluit.

¶ Quæ res in se neq; consilium, neq; modū habet vllum, eam consilio regere non potes. Ex Eunuchis.

In amore hæc omnia insunt vitia; iniuriæ, suspiciones, inimicitia, inducia, bellū, pax rursus, incerta hæc si tu postules ratione certa facere, nihil plus agas, quàm si des operam vt cū ratione insanias. Accede ad ignem hunc, iam calefces plus fatis. Eijcienda mollicies animi. Stat sententia.

Adeon' homines immutari ex amore, vt non noscas eundem esse. Dij immortales, homini homo quid præstat? stulto intelligēs quid interest?

Tota erras via. Viden' ocium & cibus quid faciat alienus? Hic homines frigent.

¶ Omnium rerum vicissitudo est.

F 4

Matres

PRIMA GRAMMATICES

Ex Eunuch.

Matres student (s. filias) demissis humeris esse, vincto pectore, vt graciles sint. Siqua est habitior paulò, pugilem esse aiunt, deducunt cibù, tametsi bona est natura, reddunt curatura iuncea. Isthæc in me cudetur faba. Par pari referto. E flamma te petere cibum posse arbitror. Sine Cerere & Libero friget Venus. Tu quod cauere possis, stultum est admittere. Omnia prius experiri, quàm armis sapientem decet. Noui ingenium mulierù, nolunt vbi velis, vbi nolis, cupiunt vltro. Quem lupo commisisti. Aliud ex alio malum.

¶ Egomet meo indicio miser quasi forex hodie perij. Satis diu hoc iam saxum verso.

Ex Heautontimorumenos.

¶ Tantùmne est ab re tua otij tibi, aliena vt cures, eaq; nihil quæ ad te attinent? Homo sum, humani à me nihil alienum puto. Bona fortunæ perinde sunt, vt illius animus, qui ea possidet, qui vti scit, ei bona: illi qui non vtitur rectè, mala.

¶ Quem ferret, si parentem non ferret suum?

Vbi animus semel se cupiditate deuinxit mala, necesse est consilia consequi consimilia.

¶ Periculum ex alijs facito, tibi quod ex vsu fiet.

Næ ille haud scit, quàm mihi nunc surdo narret fabulam. Pergin' istuc prius dijudicare, quàm scis quid veri sit?

¶ Nosti mores mulierum, dum poliuntur, dum comütur, annus est. O Iupiter vbinam est fides?

¶ Non fit sine periculo facinus magnum & memorabile. In aurem vtramuis otiosè dormias.

¶ Dies adimit ægritudinem hominibus.

¶ Quantam fenestram ad nequitiam patefeceris, Deteriores omnes sumus licentia.

¶ Itane comparatum esse hominum naturam omnium, aliena melius vt videant ac iudicent quàm sua? an eo fit, quia in re nostra aut gaudio sumus

præ-

LATINAE RVDIMENTA. 37

prepediti nimio, aut ægritudine. Aquilæ senectus. Nemo est meorum amicorum hodie apud què expromere omnia mea occulta audeam.

¶ Quid cum illis agas, qui neq; ius, neq; bonum atq; æquum sciunt? melius, peius, proficit, obsit, nihil vident, nisi quod lubet. Non licet hominem esse sæpè, ita vt vult, si res non finit.

¶ In angustum meæ coguntur copiar.

¶ Crucior bolum tantum mihi ereptum tam subito è faucibus. Nihil tam difficile, quin quaerendo inuestigari possit. Quid si nunc cœlum ruat? Dictum ac factum reddidi. Ius summum summa sæpè malitia est. Nulla est tā facilis res, quin difficilis fiet, quam inuitus facias. Idem dictum est centies. Non id flagitium est, te alijs cõ filium dare, foris sapere, tibi non posse auxiliari?

¶ Mihi ad rastris res redit. Non auderet hæc facere vidua mulieri, quæ in me fecit. Vulgò id faciunt. Disce quid sit viuere. Hæc dum incipias, graua sunt, dumq; ignoras, vbi cognoris, facilia.

¶ Qui mentiri aut fallere insuenerit patrem, aut audebit, tantò magis audebit ceteros. Errat longè mea quidem sententia, qui imperium credat grauius esse aut stabilius, vi quod fit, quàm illud quod amicitia adiungitur. Malo coactus qui suum officium facit, dum id rescitum iri credit, tantisper cauet: si sperat fore clam, ad ingeniù redit.

¶ Ille quem beneficio adiungas, ex animo facit, studet par referre, præsens absensq; idem erit. hoc patrium est, potiùs consuefacere filium sua spontè rectè facere, quàm alieno metu. hoc pater & dominus interest. hoc qui nequit, fateatur se nescire imperare liberis. Homine imperito nunquam quicquam iniustius, qui nisi quod ipse fecit, nihil rectum putat.

F 5 Pecu-

PRIMA GRAMMATICES

Pecuniam in loco negligere, maximum interdum est lucrum.

¶ Spem precio non emo. Nunquam rem facies, nescis inescare homines. Abs quis homine, cum opus est, beneficium accipere gaudeas.

Peiore res loco non potest esse, quam in quo nunc sita est. Istuc est sapere, non quod ante pedes modò est videre, sed etiam illa quæ futura sunt prospicere.

¶ Ut quisque suum vult esse, ita est.

Vt homo est, ita morem geras.

¶ Quid tu hic agas, ubi si quid bene præcipias nemo obtemperat. Nimia licentia profectò euadet in aliquod magnum malù. Lupus in fabula.

¶ Omnes quibus res sunt minùs secundæ, magis sunt nescio quomodo suspiciosi: ad contumeliam omnia accipiunt magis: propter suam impotentiam se semper credunt negligi. Aduersùm ne illum causam dicerem, cui venerã aduocatus?

Credebas dormienti hæc tibi cõfecturos deos? Ita vita est hominum, quasi cum ludas tesseris: si illud quod est maximè opus factu non cadit, illud quod cecidit fortè, id arte vt corrigas.

Ipsa si cupiat salus, seruare prius non potest.

Reprime iracundiam, atq; ad te redi.

¶ Vetus verbum hoc quidem est: cõmunia esse amicorum inter se omnia.

¶ Hoc licet impunè facere huic, illi non licet, nõ quòd dissimilis res sit, sed quòd is qui facit. Ad omnia alia ætate sapimus rectius: solùm hoc vitium adfert senectus hominibus: attentiores sumus ad rem omnes, quàm sat est. Nunquam ita quisquam bene subducta ratione ad vitam fuit, quin res, ætas, vsus, aliquid adportet noui, aliquid moueat, vt illa, quæ te scire credas, nescias: & quæ tibi

LATINAE RVDIMENTA. 38

tibi putaris prima, in experiendo repudies.

Re ipsa comperi, facilitate nihil homini esse melius atque clementia.

¶ Vitium commune omnium est, quod nimium ad rem in senectã attenti sumus. hæc maculam decet nos effugere. Suo sibi hunc gladio iugulo.

¶ Iniurium est vlciisci aduersarios, ac qua via capiant illi, eadem ipsos capi? Liberali esse ingenio decet. Similis omnibus mulieribus pertinacia est, viris esse aduersas æquè studium est, in eodem omnes mihi videntur ludo doctæ ad maliciam.

Ex Hecyræ.

Ac de pol nã mulieres sumus æquè omnes inuisa viris propter paucas, quæ faciunt, omnes dignè vt videamur malo.

¶ Pueri inter se quam pro leuibus noxis iras gerunt? quapropter? quia enim qui eos gubernat animus, infirmum gerunt. Mulieres sunt fermè, vt pueri, leui sententia. fortasse vnum aliquod verbum inter eas iram consciuerit.

¶ Vt res dant sese, ita magni atque humiles sumus. Non herclè verbis dici potest tantum, quàm re ipsa nauigare incommodum est.

O fortunate, nescis quid mali præterieris, qui nunquam es ingressus mare. Parenti potius, quàm amori obsequi oportet. Homo voluptati obseques fuit dum vixit, & qui sic sunt haud multum hæredem adiuuant. Vide ne impulsus ira præuè insistas. Quia paululum accessit pecuniæ, sublati animi sunt. Tute rem incommodam, vt quæque est, in animum inducas pati.

Istuc est sapere, qui vbiunque opus sit, animi possis flectere.

ua quod nihil refert, percontari desinas.

Multa ex quo fuerint commoda, eius incommoda æquum est ferre.

Quam

PRIMA GRAMMATICES

Ex Phormione

Quàm iniquè comparatum est, hi qui minus habent, ut semper aliquid addant ditioribus! Ut nunc sunt mores, adèd res redit, si quis quid reddit, magna habenda est gratia. Quæ incititia est, aduersus stimulum calces. Scisti uti foro. Paupertas onus est & miserum & graue. Quod fors feret, feremus æquo animo. Ita pleriq; ingenio sumus omnes, nostri nosmet poenitet. Laterè lauare.

Fortes fortuna adiuuat. Ego met me noui & peccatum meum. Omnes cum secundæ res sunt maximè meditari secum oportet, quo pacto aduersam ærumnam ferant, ut nequid animo sit nouum, quicquid præter spem eueniat, omne id deputare esse in lucro. Ecce autem similia omnia, omnes congruunt, vnum cum noris, omnes noueris. Seruum hominem causam orare leges non sinunt, neq; testimonij dictio est. Vereor ne isthæc fortitudo in neruum erumpat denique.

Non rete accipitri tenditur, nec miluo.

Cœna dubia apponitur. Prima coitio acerri-
ma est, si eam sustinueris, post illam iam, ut lubet, ludas licet. Actum ne agas. Minue iram.

Quod est ferendum, feras. Quot homines, tot sententiæ. Suus cuique mos est. Mihi non videtur, quod sit factum legibus, rescindi posse.

Cantilenam eandem canis. Auribus teneo lupum. Da locum melioribus. Potior sit, qui prior ad dandum est. Dictum sapienti fat est.

Noli metuere, vnà tecum bona malaq; tolerabimus. Solus est homo, amico amicus.

Senectus ipsa est morbus. Pro vno duo sunt mihi dati. Cômmodius esse opinor duplici spe uti.

Animam debet. Siquid velis, huic mandes, quod quidem rectè curatum velis (ironicòs) qui te ad scopolum è tranquillo inferat.

Quid

LATINAE RVDIMENTA. 39

Quid minus vtile fuerat, quàm hoc vlcus tangere? In neruum potiùs ibit. Gallina cecinit.

Mulier mulieri magis congruet. Quàm sæpè fortè temerè eueniunt, quæ non audeas optare.

His nunc præmium est, qui recta praua faciunt.

In eodem luto hæstas. Versuram soluis, præfens quod fuerat malum, in diem abiit, plagæ crescunt, nisi prospicis. Vir viro quid præstat?

Viduam extrudi turpè est. Puerilis sententia, nolo, volo, nolo rursus, cedò, cape, quod dictum indictum est, quod modò erat ratum, irritum est. Verba fiunt mortuo, &c.

Sacra festis diebus prælegenda sunt, & breuia De sacris præ-
Catechismi præcepta, quæ tribus verbis comple-
xus est Apostolus i. ad Corinth. 13. ita scribens, legendis.

Nunc autem manent, Fides, Spes, Caritas, sed in
his maxima Caritas. Fidei Christianæ summa,

quod appellatur Symbolum Apostolorum, diligen-
ter pueris & intelligenter explicanda est. Huic s. Symbolum

Athanasij Symbolum addatur, & Nicenum quod Apostolorum.

in sacro cantari solet. Et hymnus s. Ambrosij &

Augustini. Spem fecit nobis Christus dominus no-
ster impetrandi quicquid per ipsius nomen à Patre

cælesti petierimus, & precandi formulam, quam Oratio domi-

orationem Dominicam appellamus, nobis præscripsit nica.

quam habere probè cognitam oportet. Cum autem

norit Pater cælestis, quibus rebus opus sit nobis an-
tequam petamus, dicendum ex animo est, fiat volun-
tas tua. & certò confidendum, nos illum fideliter

precantes exauditurum, &c. Caritas est finis præ-
ceptorum. Decalogus totus decem præcepta continens, Decalogus.

breuiter

PRIMA GRAMMATICES

Breuiter hisce duobus concluditur: Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, tota anima, tota mente tua. Et diliges proximum tuum ut teipsum. Sed hæc tria, summam fidei, precationem Dominicam, & decalogum, & his addita continuò sanctæ Ecclesiæ catholicæ sacramenta, primum e sacre scripturæ verbis mediocriter cognita, breuibus scholijs quàm planissimè licebit explicare.

¶ Quædam de notis.

Comma,

Notæ quibus oratio distinguitur, sunt quatuor vel quinque; vt, quòd Græcè vocatur comma (,) quo membra orationis imperfecta signantur.

Colon;

¶ Perfectiora notantur hac figura (:) quod colon dicitur.

Periodus.

¶ Absoluta sententia signatur hac nota (.) quam litera maiuscula ferè sequitur, appellaturq; periodus. [Donatus tribus punctis orationem ita distinguit, vt periodi punctum ad summam literam ponatur, col ad imam, commatis ad mediam, ac primum punctum distinctionem appellat, alteru subdistinctionem, tertium mediam distinctionem.]

Interrogatio?

¶ Interrogationis hæc nota est (?)

Parthesis ()

¶ Parenthesis aliquid includit, quod salua sententia possit eximi, & notatur duobus semicirculis, hoc modò, () Ouidius: Nil perit in toto quicquam (mihi credite) mundo.

Accentus ' ^

¶ Accentuum notæ sunt tres, acutus, vt; 'grauis, vt; ^ & circumflexus: vt; ~ Acuto & circumflexo syllaba attollitur. Olim circumflexus mora quadam protrahebatur.

Apostrophus '

¶ Longarum & breuium syllabarum notæ sunt; - vt; maximus - u.

¶ Apostrophus' nota est vocalis à fine dictionis reuulsæ

LATINÆ RVDIMENTA. 40

reuulsæ, insidens extremæ literæ: vt; ain', viden', egon', pro aifne, vidéne, egóne.

¶ Connectendi nota (quæ Græcè dicitur hyphen) est, qua disunctæ syllabæ coniunguntur, vt; qui-cunque, ante-uolans.

¶ Hypodiastola seu distinctionis nota est qua malè coniuncta segregantur: vt; conspicitur, sus: ne quis legat; conspicit vrsus. Et hæc quidem nota ad imam partem literæ ponitur, sed apostrophus ad caput.

¶ Diæresis hæc nota est (") vt aulái.

¶ De syllabis diuidendis regulæ tres.

Prima.

Consonantes, quæ in principio dictionis coniungi possunt, in medio seiungendæ non sunt; vt; venustas: nam & stare; & studium dicitur, est igitur in hoc nomine tertia syllaba; stas: & in; voluptas, ptas: nam ptisana & Ptolemeus dicitur: in senectus, tertia syllaba est; ctus: in proximus, secunda est; xi. [Nunquam enim vel muta vel; s; vel; x; in simplicibus finit syllabam.] Sed geminæ consonantes in binas syllabas distribuendæ sunt: vt; col lum.

Secunda.

¶ Vnica inter duas vocales consonans posteriori coniungitur: vt; a mo, e go.

Tertia.

¶ Quæ composita sunt, in ijs vnaquæq; pars per se ponitur, vt; abf-temius, abf-tineo, ne-scio, præ-ter-co, re-spondeo, ab-oleo, &c.

¶ FINIS RVDIMENTORVM.

ANTVERPIAE EXCVDEBAT
CHRISTOPHORVS PLANTI-
NVS. ANNO M. D. LXII.

CORNELII
VALERII VLTIAECTI-
NI GRAMMATICES INSTI-
TUTIONVM

LIBER SECVNDVS

De Etymologia, seu potius Analogia.

*In quo libro genera nominum cum declinationibus
prater vulgarem Grammaticorum in prae-
ceptis tradendis consuetudinem; coniuncta sunt;
itemque Verborum praterita cum supinis.*



ANTVERPIÆ,
Ex officina Christophori Plantini,
ANNO M. D. LXII.
CVM PRIVILEGIO.

ADMONITIO.


Cognitis nominum & verborum inflexionibus, interim dum hæc præcepta Grammatica pueris explicantur, & quotidiana repetitione diligenter inculcatur, ne præceptionum exempla desint, libellus aliquis prælegatur doctus, facilius & vtilis: Breuius aliquot & faciliores Ciceronis epistolæ, quales ille scripsit ad Terentiam uxorem, & ad suum Tironem, quibus ad formandam puerorum linguam nihil aptius doceri potest. Festiua & erudita colloquia beneque Latina, & aperta satis, quæ non delectatione tantum, sed & vtilitate commendantur. Terentij comediæ, Ciceronis Lælius, & Cato maior. Hinc ad poeticam lectionem progrediare iam licet. Seligantur ex optimis poetis versiculi sententiosi, quales multi ad puerorum vtilitatem coniecerunt in communes locos. Vbi iam libellos audire cœperint pueri, dictabit his præceptor sermone vernaculo breues & ad conuertendum faciles epistolæ, quas Latine discant reddere. Eas ille recognoscens, non solum emendabit, verum etiam quemadmodum id quod erat dictatum, recte conuerti potuerit, ostendet, & à se Latine redditam epistolam proferet.

Gram-

DE ETYMOLOGIA. 43

Exegetice scriptores bonos interpretandi scientia, velut oratores, historicos, poetas, ac præterea philosophos, iurisconsultos, medicos, &c. Ea multarum rerum cognitionem requirit, nec præceptis concludi potest, ac ne pars quidem Grammatices dicenda proprie videtur: sed ad vim Grammatici doctoris pertinet.

Grammatices partes dicitur sunt,



Quintil. lib. 1. cap. 4. duas posuit Grammatices partes, historicen, seu exegeticen, & methodicem, quarum prior ad docentis vim & professionem atque officium pertinere potius videtur, quam ad artis (quod vocant) subiectum.

QVO ORDINE PARTES GRAMMATICES HIC TRADITÆ SINT, ET QUÆDAM BREUITER DE ORTHOGRAPHIA.

DE Orthographia non videtur hic multa nobis danda præcepta, sed admonendi potius illi, qui literas connectendi & rectè legendi rationem pueros docent, ut emendatos proponant codices, aut eos ipsi corrigant, iubeantque singulas primùm literas, deinde syllabas, tum totas dictiones, postremò distinctiones membrorum sententiæ perfectæ, pueros ipsos diligenter inspicere, & obseruare, quo quicque modo scriptum sit. In primis verò curent, ut clarè syllabæ omnes à pueris exprimantur, & suis quæque literæ sonis enuncientur, corrigant oris vitia, quæ sunt ita varia, ut difficile fuerit numero comprehendere, quum singulis ferè nationibus propria quædam sint in pronunciando vitia, quæ vulgus non animaduertit, sed ab eruditius notantur. Nos hic breuiter communia quedam ostendemus, quibus rectè pronunciandi ratio corrumpitur, quæ Græcè dicitur Orthæpia, id est, ut Fabius Quintil. interpretatur, emendata cum suauitate vocum explanatio, qualia sunt; hæstantia, Traulismos (ut cacacauit pro cauit, Tututullius pro Tullius) Balbuties in pronunciando: s & r, ut plobo pro: probo. Blesitas, quæ ex ore distorto literæ quoque torquentur. xoiδoσquæ quæ sonus è palato aut naribus prodit, ut Galli solent; on; efferre. Iotacismus

Vitia contraria Orthæpie.

Vitium

Vitium Anglis familiare. Labdacismus, ut sallemus pro saluus. Cui contrariam est falso pro fallo, mollis pro mollis, Anius pro Annius. Multi vitiose literas vel syllabas exilius ac tenuius enunciant, multius crassius & obscurius: ut Emor pro amor, & cõtra fontes pro fontes, miser pro miser, rixus pro risus, Gallorum quidam non exprimunt h, ut omo pro homo, Crisus pro Christus, spera pro sphaera. Fulgus nunc effert argo pro ergo, nec satis distinguit par nomen a per præpositione. Nec minus in scribendo erratur. Vtrobique igitur cauendū est ne deprauetur Orthographia, vel adiectione, vel detraktionem, vel immutatione: diligenterque obseruetur etymologia, analogia, & autoritas seu doctorum consuetudo. Adiectione vitiat Orthographia, ut eddere pro edere. Detractione, ut onor pro honor, abeo pro habeo, calidus pro callidus, asurgo pro assurgo. Mutatione literæ, vel diphthongi, ut himnus pro hymnus, quæror pro quæror, pibere pro bibere, caudeo pro gaudeo, sinum pro vinum, ceruus pro seruus, ceu pro seu, tignus pro dignus, iustus pro gustus, magus pro maus, zelus pro scelus, solacium pro solatium, dicio pro dictio, sapiencia pro sapientia, & contra audatia pro audacia. Sed hæc satis sit admonuisse, de quibus copiose multi scripserunt, & præceptores ea quæ nos hic breuiter perstrinximus, in docendo latinus explicabunt. Alteram Grammaticæ partem, quæ prosodia nominatur, & Syllabarum quantitate proposita rectè pronunciandi rationem docet, post Syntaxeos præcepta quam potero

Ratio ac via
tradendi pre-
cepta Analo-
gie.

breuissimè tractabo. Ea interim pueri ex præcepto-
ris & emendatè loquentium sermone quotidiano
discant. Superest hoc loco nobis explicanda Etymo-
logia, quæ nomen ex eo, quod proprias scrutatur vo-
cabulorum origines verasque significationes, inue-
nit, quod Cicero Verilogium vertit: sed quoniam
ea præter illam verborum interpretationem discrimi-
mina quoque dictionum per casus, tempora, fi-
guras & species inuestigat, ut puer pueri, vas va-
dis, vas vasis, par per, studiosus studiose, fortis for-
titer, amo amas, amans amandus, &c. quæ potius
ad Analogiam referenda sunt, nos eam partem
hoc Libro perspicuè, ac breuiter & tamen absolute
trademus, sequentes ordinem partium orationis in
toto opere, & declinationum in nomine, ita, ut ge-
neralibus primùm regulis explicatis, mox in sin-
gulis declinationibus nominum genus & flectendi
varietas coniunctim tradita eodem loco reponan-
tur: itemque verborum præterita & supina con-
iungantur. Et si quid rei grauioris annotandum
occurrat, aut certè quod cognitè præceptis vilius
discatur, id in huius & sequentis libri calcem re-
ijcietur.

GRAM-



GRAMMATICAE est ars quæ pu-
rè & emendatè loquendi scriben-
diq; rationem tradit, idoneorum
scriptorum vsu & auctoritate com-
probata. Cuius partes quatuor mo-
sunt in prolegomenis enumeratæ, paucis de
Orthographia tantum additis. Ei nomen à lite-
ris inditum scientiam literariam notat, quod à
literis incipiat, ex quibus fiunt syllabæ, & ex his
vocalibus seu dictio, & ex vocalibus oratio.

Nomen Gram-
maticæ imposi-
tum à primis
artibus inueni-
tur.

Litera- rum spe- cies due sunt,	Vocales; a, e, i, o, u: & Græcay, Conso- nantes ex qui- bus	Mutæ; b, c, d, f, g, p, q, t. Semiuo- cales, Ex his	Liquidæ; l, m, n, r. Duplices; x, & z. S; monadicon.	Triâ accidunt vnicuiq; lite- ræ, nomen qua appellatur: si- gura quæ no- tatur: & pote- stas qua vel longa vel bre- uis est.	
					Q. Ter. nt.
					Scaurus; h; li-
					teram esse con- tendit.

[F; rectius videtur inter semiuocales adnume-
randa, sed mutis additur, quod loco; p; & h; seu; φ;
Græcorum ponatur. H; nota aspirationis est: k;
Græcum idem quod nostrum; c; Ea litera nostra
tes vtuntur in exprimendo linguæ vernaculæ so-
no, quem; c; litera nunc refert tantum ante; o; &
v; cum sit alioqui sonus idem & nostri; c; & Græ-
corum cappa. Q; tantum præponitur; v; vt; qua-
lis; equus, &c. V; Latini Germani non omni-
no male sic efferant, vt non multum differat ab
eou; Græcæ diphthongi sono. Ypsilon valet idem
quod; v; Gallicum. Ex tribus & viginti literis de-
cem & octo Latine relinquuntur, si eximantur
G 4 dua

PRIMA GRAMMATICES

duar, quas Victorinus Afer superuacuas esse putat; k; & q; totidemque Græcæ; y; & z; & h; aspiracionis nota.]

¶ Diphthongi quinque sunt; æ, œ, au, eu, & ei; ex quibus; au; & eu; & ei; vt scribuntur sic & efferuntur: cætera verò nunc; e; literæ sonum vulgò referunt. Ex literis cum vocali coniunctis syllabæ componuntur, quarum alix breues alix longæ sunt: breuem syllabam correpta vocalis facit, longam producta: in breui tempus vnum est, in longa duo, de quibus in libello de versiculis faciendis præcepta quædam dabuntur. Dictionum genera numerantur octo, quæ dicuntur partes orationis. Ex octo partibus orationis, quatuor sunt declinabiles: sic dictæ, quod per casus, numeros, modos, tempora & personas variantur; nomen, pronomen, verbum & participium. Inter quas præcipuæ sunt; nomen & verbum. Reliquæ sunt indeclinabiles; aduerbium, coniunctio, præpositio, & interiectio.

Partes orationis sunt diuise in simplici dictione seu vocabularium.

De nomine.

NOMEN est dictio per casum declinabilis sine tempore naturam rei aut qualitatem significans. Naturam intellige spiritum & corpus, seu, quicquid sensu percipitur: vt; Deus, aer, lapis, &c. qualitatem, quod sola cogitatione comprehenditur: vt; magnitudo, virtus, scientia, felicitas, &c.

¶ Nomen

DE ETYMOLOGIA.

Substantiuum	}	Proprium, quod vni propriè tributum est.
		Appellatiuum, quod multorum est commune.
Nomen est duplex	}	Ad proprium pertinent; prænomen, nomen, cognomen, agnomen: vt; Publius, Cornelius, Scipio, Africanus.
		Adiectiuum triplex,
Adiectiuum triplex,	}	Nominale.
		Pronominale
Adiectiuum triplex,	}	Participiale

Vnius terminationis; vt; Sapiens.

Duarum terminationum, quarum prior cõmunis est duum generũ altera neutrius: vt; hic, hæc fortis, hoc forte.

Trium: vt; hic bonus, hæc bona, hoc bonum.

Vnius terminat. vt; ego, nostras.

Trium: vt; meus, noster, a, um.

Vnius terminat. vt; amans.

Trium: vt; amatus, amandus.

¶ Accidentia nominis propria sunt septem; comparatio, genus, numerus, casus, figura, species, & declinatio.

[Hic primũ de genere & declinatione coniunctim, deinde de comparatione, specie, & figura breuiter explicabimus, reliqua satis nota sunt, quæ repetentur ex rudimentis.]

DE GENERE.

¶ GENERA numerantur septem: Masculinum; cui adiectiuum virile adiungi potest: vt; vir bonus

Genus est sexus
distinctio.

bonus. Fœmininum; cui muliebre: vt; proba
mulier. Neutrum; cui nec masculinum, nec fœ-
mininum adijci potest: vt; hoc damnum. Omnes
quod omnis generis nominibus adijci potest: vt;
hic, hæc, hoc, sapiens. Commune; quod vna
terminatione vtrique sexui conuenit, & de mari-
bus genere masculino, de fœminis, fœminino di-
citur: vt; hic, hæc conuiuia. Dubium; quod eadē
significatione, diuerso genere à bonis scriptori-
bus usurpatum reperitur: [Et commune est re-
rum ferè animatarum: dubium inanimatarum.]

Propter adie-
ctiua reperta
sunt genera in
substantiuis.

Epicenum, quod vno genere vel masculin. vel
fœmin. vtrumque sexum, qui non facilè discerni
potest, complectitur: vt; hic passer, hæc aquila.

Quamquam hæc verè, quod ad qualitatem vocū
attinet, vel masculina vel fœminina sunt. Non e-
nim de rerum natura hic loquimur.

Genera tribus modis noscuntur: {
Significatione: vt; Iacobus, mascu-
lini generis.
Terminatione: vt; musa, fœminini
generis.
Auctoritate: vt; talpa, dubij gene-
ris. Virgilius; Talpæ oculis capti.

Regula generales de genere nominum
ex significatione.

Prima regula, Masculinorum.

Masculina.

¶ NOMINA virorum & officiorum virilium
itemq; Deorum, ac spirituum sunt generis mascu-
lini: vt; Cicero, consul, frater, Iupiter, Gabriel, Sa-
tan. Et nomina equorum & canum masculorum,
vt; Pyrois, Melampus.

Et estis singu-
lare apud Plau-
tium reperitur,
vt; Cactas.

¶ Præterea. Nomina ventorum, fluuiorum &
mensium sunt masculina, vt; Boreas, Auster: Ete-
ræ, Rhenus, Mosa, Acheron: Aprilis, Maius.

Sed;

Sed; styx, & lethe; sunt fœminina.

Notandum est: Nomen speciale interdum
accipere genus nominis communioris, & signi-
ficationem potiùs, quàm vocem spectari: vt; Al-
bula pota Deo, intelligitur; aqua. Lucanus; Et dā-
nata diu Romanis Allia fastis, & hic subauditur;
aqua. Eunuchus Terentiana intelligitur; fabula.
Centaurus magna, scilicet; nauis. Terent. Scelus
postquam ludificatus est virginē, id est; scelestus.
Et; Vt illum dii detraç; senium, perdant, qui me
hodie remoratus est: senium; id est; senem.

Annotatio.

Secunda Regula, Fœmininorum.

¶ NOMINA mulierum & muliebrium offi-
ciorum, itemque dearum & furiarum sunt fœmi-
nina: vt; Anna, Venus, Alecto, Atropos, Glyceriū:
obstetrix, soror. Et nomina equarum: vt; Podar-
ges, Thyrbas. Adhæc;

¶ Nomina arborum sunt fœminina: vt; pomus,
malus, pyrus, pinus.

Hinc ea ferè excipiuntur, quæ desinunt in;
aster: vt; oleaster, pinalter: Et; spinus, rubus, du-
mus, libanus; quæ sunt masculina.

Siler, robur, acer, & suber, quæ sunt neutra.

Acer: prima
breni.

Præterea;

† Nomina regionum, insularum, & vrbium,
sunt fœminini generis: vt; Italia, Sicilia, Roma.

† Excipiuntur vrbium nomina, quæ terminan-
tur in; um; & ur: vt; Traiectum, Tybur; & alia non-
nulla: vt; Cere, Præneste, Argos; quæ sunt neutra,
& pluralia in; a: vt; Bactra.

Præneste neu-
trum est, sed
Præneste sub
ipsa dicitur à
nominatiuo
Prænestis.

† Sulmo, onis, & Acragas, & nomina vrbium
in; i; pluralis numeri tantum, vt Gabij, sunt mas-
culina.

Tertia

Tertia regula, Neutorum.

Neutra.
De sicu vide
secundam
declinat.

¶ Fructuum nomina neutra sunt: vt; pyrum, papauer, piper, & arborum ligna, & loca, in quibus crescunt: vt; hebenum, buxum, coryletum, dumetum.

† Excipiuntur; nux auellana, castanea, oliua, galla, & alia in a; desinentia: ficus, glans, iuglans, quæ foemina sunt.

Τεχνικὰς
poni dicuntur
quæ non pro
rebus capiun-
tur, sed pro
ipsis dictioni-
bus.

¶ Nomina literarum, & verba, & aduerbia loco nominum posita, & dictiones pro seipsis acceptæ seu Τεχνικὰς, & indeclinabilia, sunt neutra, vt; a, b, alpha, beta, vt; o paruum, ὀ μικρὸν (sed cum dicimus a; longam vel breuem, subauditur litera vel syllaba) triste vale, scire tuū, aliud cras, clarum mane, dissyllabum homo, fas, nefas, pondus, nihil, virus, &c.

Quarta regula, Communium.

Communia.
Veteres etiam
dixerunt; indi-
genus, a, um.

¶ Quæ conueniunt viris & mulieribus vna terminatione, sunt generis communis: vt; dux, auctor, sacerdos, testis, ciuis, exul, coniuua, incola, aduena, terrigena, indigena, parricida, & cætera quæ componuntur cum verbis; cædo, gigno, venio, & colo. Gentilia quoq; vt; Saxo, Arcas, Scythia, &c. Sed pleraque suis locis indicabuntur in prima & tertia declinatione.

† Excipiuntur hinc quædam masculina: vt; pulchus, catulus, liberi, orum.

¶ Quædam foemina: vt; plebs, soboles, ovis, pecus, pecudis.

¶ Quædam neutra: vt; scortum, mancipium, animal, pecus, pecoris, seruitia, orum.

¶ Sunt quædam duplici voce, vt; hic magister, hæc magistra: dominus, domina: lupus, lupa: leo, leena: seruus, serua. Et phœnix, phœnissa.

Quinta

Quinta regula, Epicæ norum.

¶ NOMINA piscium, auium, ferarum, reptantium & insectorum, quæ vna terminatione vtrunq; sexum promiscuè complectuntur, dicuntur epicæni generis: ¶ hic nullus, miluus, pau, scarabeus: hæc aquila, vipera, columba (quod etiam columbus numero sing. innentur) musca, apes, &c. Hæc tamē omnia verè sunt, vt diximus, vel masculina, vel foemina, quorum sexus per adiecta nomina mas & foemina discernendus est. Non referuntur huc ea, quorum sexus facilè dignoscitur, neq; ea, quorum distinctæ sunt terminationes, vt hic ceruus, hæc cerua: hic & hæc canis, bos, sus, &c.

Sexta regula, Dubiorum.

¶ DVBI generis sunt ea, quæ ab auctoribus linguæ Latinæ varij generis adiectiuo iuncta reperiuntur: vt; dies, finis, forceps, silex, talpa, &c. quæ suis locis in regulis specialibus referentur, de quibus nunc illud admonendi sumus, vt probatissimorum Latini sermonis auctorum consuetudinem vsitationem sequamur.

Septima regula, Adiectiuorum & numeralium.

¶ ADIECTIVA omnia, & sola sunt generis omnis, quæ diximus esse triplicia, nominalia, pronominalia, & participialia. Aliqua vnam terminationem habentia, aliqua duas, plurima tres: vt; prudens, liberalis, studiosus, &c. de quibus in secunda & tertia declinatione suis locis infra dicetur.

¶ Nomina numeralia quæ numerum absolute significant, & cardinalia vocantur, Latine principalia, ita flectuntur: hic vnus, hæc vna, hoc vnum, hi

hi vni, hæ vnæ, hæc vna. siquando coniunguntur nominibus plurali numero carentibus, vt; vnæ literæ, vna mœnia. Hi duo, hæ duæ, hæc duo: genitiuo, orum, arum, orum, datiuo, obus, abus, obus, accusatiuo, os, as, o, ablatiuo, obus, abus, obus. Hi & hæ tres & hæc tria, genitiuo trium, datiuo & ablatiuo tribus, accusatiuo hos & has tres, & hæc tria. Hinc vsque ad centum sunt generis omnis, & indeclinabilia: vt; quatuor, quinque, sex, septem, octo, nouem, decem, vndecim, duodecim, tredecim, quatuordecim, quindecim, sexdecim, septemdecim, decem & octo, decem & nouem, viginti, viginti vnus, a, um, &c. Vel vnus, & viginti. Nam a; 20; ad 100; vel maior numerus sine copula præcedit, vel minor cum copula. Triginta, quadraginta, quinquaginta, sexaginta, septuaginta, octoginta, nonaginta. Centum, Centum & vnus, a, um, &c. Nam supra; centum; maior numerus cum copula præcedit. Accentum; composita tres habent terminationes: & per tria genera declinantur: vt; ducenti, tæ, ta, sic trecenti, quadringenti, quingenti, sexcenti, septingenti, octingenti, nongenti. Mille, duo milia, vel bis mille, ter mille, &c. sicut & tercentum etiam dicitur. Accipitur autem; mille; & adiectiuè & substantiuè. Adiectiuum indeclinabile est, plurale tantum, generis omnis: vt; mille homines, mille passus. Substantiuum singulari numero, indeclinabile est, neutrius generis: vt; Mille passuum percurri, mille annorum est. Pluraliter; milia, milium, milibus: vt; duo milia equitum, vel; bis mille equites.

Regula

Cic. decem & tria, decem & sex, septendecim. Caesar Decem septem numero. Item decem nouem. Duodeviginti, duodeviginti, &c. id est duobus demptis de 20. vel 30. &c. vnde viginti, vnde viginti, vno de illo numero dempto.

Regula speciales generum & genitiuorum in singulari declinationibus. Sunt autem quinque declinationes seu ordines nominum.

In omnibus regulis, quæ de nominum generibus traduntur primùm videndum est, nunquam sit regula generalis, qua sequentibus his derogetur.

DECLINATIO PRIMA.

NOMINATIVVS primæ declinationis quatuor terminationes complectitur; as, es, e; & a.

¶ Quæ finiunt; as, & es, Græca ferè sunt, masculini generis: vt; Aeneas, Anchises.

¶ In; e; definitia sunt item Græca, sed foemini generis: vt; Pentecoste, epitome.

¶ In; a; sunt foemina: vt; musa, charta, polenta, dea, bona.

Excipiuntur; cometa, planeta, prophetâ, & familia Græca, quæ sunt masculina. [Leguntur & oculis capti talpæ, & timidi damæ apud Virgilium.]

¶ Poëta (cuius foemininum poëtria) scriba, lixa, Mosa, Adria, incola, indigena, nauta, verna, &c. ad generales regulas pertinent.

¶ Pascha neutrum est, cuius genitiuum & datiuum paschæ faciunt. Alij tertiæ declinationis esse volunt in genitiuo Paschatis.

¶ Sunt & Hebraica, vt; Adam, quæ simili forma flectunt, vt sit genitiuus & datiuus; Adæ: reliqui casus; am: quæ tamen barbara sunt indeclinabilia: vt; Adam, Abel, Hester, Noe, Melchisedec, & cetera. Sed hæc Latina terminatione donari solent & flecti: vt; Adamus, Abrahamus, Abelinus, &c.

Plu-

Non rectè polenta inter neutra numerant, quia nulla vox Latina singulari numero inia genitur.

Et Græcè & Latine Adam & Abraham monoptota esse ait Sospater, sed Ecclesiastici faciunt Adæ & Abrahæ tanquam à nominatiuis Adas, Abrahæ.

GRAMMAT. INSTIT. LIB. II.
Pluralia in a; sunt neutra, secundæ declinationis: vt; arma, orum.

De Genituo & ceteris obliquis.

Coenum, ver, fel, salum, pelagus, vulgus, nectar, aurum, argentum, plumbum, &c. triticum, cicer, siler, penum, nihilum, gelu, senium, latum, barathrum, viscum, glutinum & gluten, iustitium, iubar, virus, pus, & siqua sunt alia. [Quaedam his ab alijs adduntur, quae saepe tamen plurali numero leguntur: ut; forum, fatum, solum, solium, xuum, lutum, & quae miror à Sosipatro adiuncta, rudus, robur, rus, sulfur.]

Pluralia tantum.

Celites; Ovidius tamē, celite usurpat. Iuuenalis procerē, Apuleius Lemurem. Fursur, purgamentū farinae: Furfures vitium capitis. Artus plurali ferē numero legitur.

Masculina singulari numero carentia.

Cancelli, cani, liberi, superi, inferi, caelites, penates, manes, lemures, antes, proceres, maiores, minores, posterii, natales, fasti, menses, profluuium, falces insigne, ludi pro spectaculis: Et propria locorum nomina numeri pluralis in i: ut Gabij, Locri, &c. [Adnumerantur & huic ordini ab alijs multa, quae tamen interdum occurrunt numero singulari usurpata: sales, carceres, optimates, primores, vepres, fori: Quirites, artus, & & alia nonnulla, quae diligens autorum lectio suppeditabit, &c. Sosipater plura numerat.]

Apud poetas litera; pro epistola capitur: extra carmen litera; tantum numero multitudinis dicitur

Diuitia, nuptia, exequia, nugae, trica, quisquilia, inducia, calendae, nonae, idus, feria, nundina, exuviae, manubiae, minae, insidiae, tenebrae, primitiae, phalerae, antiae, excubiae, thermae, cunae, dirae, inferiae, aedes pro domo priuata, valuae, literae, scopae,

Foemina singulari carentia

scopae, Athenae, Venetiae, Tralles; & si qua praeterea reperiantur apud autores probatos. [His adiecerunt alij multo plura, quae numero singulari frequenter inveniuntur, blanditiae, caeremoniae, illecebrae, bigae, quadrigae, decimae, plagae, gratiae, inimicitiae, argutiae, copiae, latebrae, naenia, nares, nates, salebrae, genae, gingivae, mappae, minutiae, &c. Vide Gell. lib. 19. cap. 8. Scalae carente singulari videntur. Salustius; Vbi vnae aut alterae scalae cominute sunt. Plura apud Sosipatru inueniuntur.

Neutra singulari carentia

Arma, crepundia, munia, exta, iustria ferarum, moenia, sponsalia, precordia, rostra, altaria, bellaria, castra pro exercitu, iusta pro funere, cunabula, aduersaria, hyberna, aestiua, statura, testorū, ut Saturnalia, Dionysia, &c. Quae genitiuū faciunt plerumque in orū; per secundam declinationem, & datiuum, & ablatiuū in, ib; per tertiā: ut; Saturnalia, saturnalibus. Sic; sponsalia. His adijciuntur librorū tituli: ut; bucolica, georgica, politica, physica, musica &c. [quae potius adiectiua quibusdam videntur: Addiderunt & his alij non pauca, quorū singularis numerus saepe reperitur; iuga, comitia pro loco, spolia, classica, transtra, ilia, mapalia, magalia, plearia, viscera, carchesia, pugillaria, penetralia, Bachanalia. Et Sosipater nonnulla, quorū singularia interdū occurrunt.]

Vulgus; alia etiam singulari usurpat. Addi possunt Cythera, ceruina &c. Iuga, orum, singulari numero recte dicitur & vsuata.

Indeclinabilia.

¶ Neutra sunt; Fas, nefas, pus, virus, pondo, cepe, sinapi, nihil, nil: & adiectiua; frugi, nihili, nequam, opus, & cæt. & hæc tantum pluralia; tot, quot, aliquot, totidem, & numeralia principalia a tribus vsq; ad centum, cete, tempe neutra: sed cetus ceti flebitur. Volupe, id est, delectabile.

Monoptota.

¶ Ea sunt, quæ in vno tantum casu reperiuntur: vt; noctu, natu, iussu, iniussu, permisso, astu, promptu, inficias, inferias, & ad incitas reductus id est, ad inopiam apud Plautum. [Huc referunt quidam diu & interdium, sed aduerbia Seruio videntur. Adijciuntur his; viscere & flamine, quorum tamen nominatiui leguntur apud probatos. Expes adiectiuum solo nominatiuo reperitur. Dicis causa teste Sospitro solus genitiuus est.]

Diptota.

¶ Sunt quibus duo casus remanserunt: vt; potis pote, spontis sponte, fors forte, repetundarum repetundis, suppetiæ suppetias, vicem vice, [genitiuum & datiuum singularem, & genitiuum pluralem nondum reperi.] Sic; verberis verbere, sed integrum est plurale; tantundem tantidem, macte macti, plus pluris, iugeris iugere, & c. sed; iugerum iugeri integrum est, & pluraliter iugera, iugerum, iugeribus. [Non rectè videntur addidisse; luem lue, dica dicam, tabi tabo, laterem latere, cum nominatiuus later; non semel legatur apud Victrunium & Varronem, & tabum; sit apud Quintilianum, aliaque apud alios reperiuntur.]

Tri-

Triptota.

¶ Quæ tres tantum casus habent in singulari, sed in plurali integrè declinantur: vt; precis precem prece: Opis opem ope. [Sed Ops, dea est.] Ambage ambages ambagibus, impetis impete (pro impetu) impetibus.

¶ Vis; datiuo singulari tantum caret, & fex; genitiuo plurali. Cæterus, a, um, integrè declinatur. Cæterus ornatus; reperitur apud Catonem de rusticis. Leguntur nominatiui; daps; apud Catonem, decemplex & frux; apud Varronem, sed rara sunt, sicut & septemplex. Nec his rectè addiderunt, frondis, remigis, necis; quorum nominatiui sunt vsitati.

Vis; genitiuus reperitur apud Tacitum. Vis accusatiuus pluralis apud Lucretium.

Vocatiuo carent.

¶ Relatiua: vt; qui, qualis, tantus, &c. Interrogatiua: vt; quis, qui (nam & hoc sæpè reperitur interrogatiuè positum) &c. Distributiua: generalia: vt; omnis, quisq; particularia: vt; quidam, quilibet, &c. Negatiua: vt; nemo, neuter, &c. Infinita: vt; siquis, aliquis, quicumque, &c.

¶ Et pronomina omnia ferè præter tu, meus, noster, & nostras. Quamquam & illa superiora quidam pronomina esse probant.

Tribus casibus pluralibus carent.

¶ Hæc nomina, æs, far, ius, thus, rus, mel, mare, grates: Et nomina quintæ declinationis præter hæc quinque; res, dies, facies, acies, & species, carent genitiuo datiuo & ablatiuo pluralibus, sed horum postrema tria, vt dictum est, rariùs hos casus admittunt. [Ab alijs additur os; quod tamen integrum habet pluralem, vt & vinum. Ora oribus & orium; vina sunt apud Plinium, vinorum & vinis apud eundem, reperiuntur & iura iurum,

K 2

iurum, iuribus, & æra æribus, & maribus; à nomi-
natio; mare, & ruribus; sed hæc perrara sunt.]

Plurali numero carent.

¶ Propria cuiusque rei nomina naturaliter,
plurali numero carent: vt; Mars, Aeneas, Dido,
Olympus, Luna, Tybris, nisi tantum sint pluralia:
vt; Athenæ, Delphi. Vel nisi plura sint eodem no-
mine: vt; tres Ioues, duo Scipiones, trecenti Fabij.
Vel similitudo significetur. Iuuenalis; Qui Cu-
rios simulant & bacchanalia viuunt. Cicero; Nu-
meremus Paulos, Catones, Scipiones; id est: eius-
modi viros bonos & bellica laude claros.

*Propria cum
similitudinem
significat na-
turam habent
appellatiuorū.*

*Sed hæc omnia
magis obserua-
tione diligenti
quam Gram-
maticorum præ-
ceptis cognoscū-
tur, sicut & a-
ludantia, que
immodicè Græ-
matici congesse-
runt & vitata
& inusitata
atq; iam olim
cessita.*

Metallorum: vt; aurum, argen-
tum, chalybs, &c. nisi quod æra,
electra, orichalca dicuntur, & stan-
na; apud Vitruium, sed cæteris
casibus non vtimur.

Frumentorum & leguminum:
vt; triticum, secale, siligo, panicū,
miliū, &c. Reperiuntur tamen;
frumenta, farræ, faba, hordea, pisa,
lupini, auenæ. Virg. Vere fabis sa-
tio est.

Rerum quæ mensuræ ac libræ
adhibentur: vt; pipet, crocus, ace-
tum, lac, oleum, butyrum, saccha-
rum. Dicuntur tamen; vina, defru-
ta, musta, mella, &c.

De abundantibus.

¶ Nomen abundans est, quod in eadem signi-
ficatione diuersam terminationem recipit.

*Abundantia genere & terminatione eius-
dem declinationis.*

¶ Tignus tignum, pileus pileum, tonitrus to-
nitru,

nitru, commētarius, velum, sensus sensum, euen-
tus euentum, chirographum velus, porrum por-
rus, crocus vel crocum, & plura eiusmodi her-
barum nomina, viscum, & apud Plautum viscus,
hæc mulctra vel mulctru, vel hoc mulctrale, &c.

¶ Hæc diuersis genere obliquis abundant, hæc
pecus udis, vel; hoc pecus oris. Hoc vulgus, in
accusatiuo: hoc vulgus, vel hunc vulgum apud
Virgilium. Et: hunc pelagum apud Valer. Flaccū:
[Addere solent sal & halec, de quibus supra suo
loco dictum est.]

*Abundantia terminatione & declinatione,
sed genere consentientia.*

¶ Strabus vel strabo, capus capo, scorpius scor-
pio, pauo pauus, elephas elephantus, &c. mate-
ria vel. es. luxuria vel. es, rapum, plura; rapa, & sin-
gulare rapa, cassis galea, & calsida.

¶ Quædam sunt eiusdem declinationis: vt;
apes & apis, torques & torquis, honor & ho-
nos, &c.

Abundantia declinatione.

¶ Domus, laurus, pinus, ficus, [de quo dictum
est in secunda declinatione,] sunt secundæ vel
quartæ. His addi solent; quercus, coruus, colus,
lacus, quorum tamen vna declinatio tantum vi-
detur vsitata.

Abundantia genere & declinatione.

¶ Penus, us, ui; masculini vel fœminini gene-
ris sine plurali. Penum, ni; neutrum, vel hoc pe-
nus, & hæc penora. Sic specus, us, ui; tam mascu-
lini quàm fœminini generis, & hoc specus, [Le-
ctum est etiam hoc specum & specu indeclina-
bile.] Menda vel mendum. Angiportus, vel angip-
portum, Contagio vel cõtagium, Ganea vel ga-
neum.

*Pauo dicitur
frequentius in
masculino, tum
fœmina, sed pa-
uus est apud
Gellium &
Ausoniu, vnde
fœmininum
paua.*

*Non dici lauri-
bus propter af-
feritatem, Ser-
uius ait, in lib.
10. Aeneid.
Ostrea, arum,
& ostrea, oru.
Sic xizania, a,
& xizanium, i,
apud Hierony-
mum. Titulus
est in pandectis;
lib. 3. de penu
legata.*

neum. Hic crater & hæc cratera, & alia nonnulla.

Adiectiva abundantia.

Quod ex Terentio profertur. Si istuc crederet sincerè dici; non hic nomen est, sincerè sed aduerbium.

¶ S V N T adiectiua quæ gemin m habent positionem er & is, de quibus supra sub terminatione; er; tertiar declinationis dictum est.

¶ Sunt alia adiectiua, quæ in us; vel is; desinunt: vt; imbecillus vel is; exanimus vel is; inermis vel us; infrenis vel us; & si qua sunt alia. [Plura numerantur, sed quorum altera terminatio sit vs; tior: vt; magnanimus, imberbis, hilaris, sincerus, accliuus, &c. informis, effrænus, bijugus, illimis, enormis, infomnis, quorum altera terminatio perradè nunc reperitur.]

¶ DE COMPARATIONE.

Comparatiuus habet duas terminationes, or; masculini & feminini, & us; neutrius generis, superatq; positiui significationem: vt; Virtus auro prestabilior est. Hic illo doctior est.

COMPARATIO significat alicuius cum alio collationem. Gradus comparationis sunt modi quidam collationis, & reperiuntur in secunda & tertia declinatione. Gradus autem sunt tres, quorum primus est absolutus seu primarius, cuius quinque sunt terminationes; er, us, is, ns, & x; vt; pulcher, doctus, suavis, sapiens, felix. Secundus est comparatiuus, finitus, or; in masculino & foeminino genere, & us; in neutro, superatque positiuum significationem & numero syllabarum: vt; doctior. Tertius est superlatiuus & in us; desinit, vltra quem non est comparatio: vt; doctissimus omnium.

¶ Regule formandi comparatiui & superlatiui.

¶ Comparatiuus fit à positiui casu in i; desinente, addita syllaba or; & us; in neutro: vt huius candidi, hic & hæc candidior, & hoc candidius: forti fortior, amici amicior: audaci audacior.

¶ Super-

¶ Superlatiuus fit à casu positiui in i; exeunte, addito us, & simus: vt candidi candidissimus, amicum: celsi celsissimus: excelsi excelsissimus: amici amicissimus: forti fortissimus: dis, ditior, ditissimus: nequã indeclinabile nequior, nequissimus.

Exceptio prima.

† Composita pleraque à volo, dico, facio, & Pleraq; Veriloquor, habent in comparatiuo entior, & in superlatiuo entissimus: vt; beneuolus, maledicus, magnificus, grandiloquus, entior, entissimus.

Exceptio secunda.

¶ Positiua in er; assumunt in superlatiuo ri- mus: vt; niger nigerrimus: acer, ater, teter, satur, & cæt. Adduntur his vetus veterrimus: maturus maturrimus vel maturissimus.

Exceptio tertia.

Quatuor sunt in ter; quæ habent erior; in comparatiuo, & timus; in superlatiuo: vt; ab exteris exterior extimus, & extremus: ab inusitato ceterior citimus, à sinister & dexter sinisterior & dexterior, sed dextimum ac sinistimum antiqui pro dextro ac sinistro dicebant, teste Festo.

Exceptio quarta.

Quinque nomina in ilis; cum compositis formant superlatiuum à datiuo, addito mus: vt; facilis, agilis, gracilis, humilis, similis: vt; facilimus. [Docilimus à Valla ponitur, quod apud Hieronymum legitur, apud alios nondum reperi, nisi quoddam Sosipater habet docilissimus & agilissimus.]

Exceptio quinta.

¶ Habentia vocalem ante us; vel is; frequenter positiuo adiungunt aduerbium Magis; vice

Tenuis non recipit hanc circuitionem sed habet tenuior tenuissimus. Vacuissimus apud Ovidium reperitur.

comparatiui: & maximè; loco superlatiui, excepto tenuior tenuissimus.

vt: Pius } ma- } Pius } maxi } Pius }
 Idoneus } gis } Idoneus } mè } Idoneus }

¶ Leguntur tamen, strenuior, strenuissimus: assiduior, & assiduissimè apud Cicero in Bruto: exiguissimus ab exiguus, apud Ovidium, & Plinium in epistolis: ab industrius industrior; apud Plautum. Ad eundem quoque modum poterunt ea quæ comparatiuum non habent, efferri: vt rudis, magis rudis, maximè rudis. Vel contra, minus & minimè rudis, minimè mirum, & cæt. Hic magis vel minus, quàm ille, pius est vel idoneus.

Gradus ab aduerbijs.

¶ Intra, interior, intimus. Extra, exterior, extremus, vel extremus, sed huius positiuus est vstitatus; exterus: vt dixi, quod olim exter; erat. Ultra, vltior, vltimus. Citra, citerior, citimus. Supra vel superus, superior supremus. ¶ Infra vel inferior, inferior, infimus. Post, posterior, postremus. Prope, propior, proximus. Penitus, penitior, penitissimus. Prius, prior, primus. Nuper tantu nuperrimus. Diu, diutius, diutissimè, aduerbia.

Sunt hæc maximè irregularia.

¶ Bonus, melior, optimus. Malus, peior, pessimus. Magnus, maior, maximus. Paruus, minor, minimus.

¶ Multus, a, um in comparatiuo tantum, plus pluris, in singulari neutro, & substantiuum, quod in plurali integrum est & adiectiuum in superlatiui, plurimus, a, um.

¶ Positiuo carent, Prior, primus: Ocyor ocyssimus: Potior potissimus à potis, quod non est in usu: Deterior, deterrimus.

¶ Com-

¶ Comparatiuo carent, meritis, inclitus, diuerlus, sacer, fidus, falsus, persuasus, iuriconsultus.

¶ Superlatiui carent, Iuuenis, iunior: Senex, senior: Adolefcens, adolefcentior: Ingens, ingentior: Infinitus, infinitior: Proximus, proximior, sed tunc proximus: naturam positiui induit. Diues, diuitior, sed a dis; ditior ditissimus. Taciturnus, taciturnior & taciturnissimus apud Plautum Nouissimus; positiuo & comparatiuo caret.

¶ In comparando obseruandum est, quid probet usus, & eruditorum autoritas. Non enim omnia nomina comparari possunt, tametsi nihil obstat significatio. Neque enim comparantur magnanimus, veridicus, mirus, mediocris, almus, memor, & quæ bundus; finiuntur: vt iactabundus, moribundus, aliaque multa, quorum comparationem usus non recipit.

[Tria nominis accidentia; genus, declinatio & comparatio, sunt explicata: reliqua sunt numerus, casus figura & species. Numeri sunt duo; singularis & pluralis. Dualis Græcorum, non est Romanis vstitatus. Sunt quædam semper singularia: vt; nemo, aurum: quædam singularem pluralemque numerum communiter significantia: vt; dies, nubes: quædam positione singularia, intellectu pluralia: vt; populus, concio, quæ collectiua dicuntur: quædam positione pluralia, intellectu singularia: vt; Athenæ, Cumæ. Casus ferè numerantur sex, ratione tamen, vt Sosipater ait, sunt quinque, genitiuus, datiuus, accusatiuus, vocatiuus, ablatiuus. Nominatiuus enim rectus propriè vocatur, per abusionem tamen nominatiuum casum dicimus. Quædam nomina per omnes casus variantur, quædam per nullos: vt; nequam, nihili,

Plinius iuuenior; veteri comparatiuo usus est, sepius tamè iunior.

Habitus habitior habitissimus, integrè est apud Gellium & Terentium.

Apricus à Columella comparatur.

A supino supinior est apud Martialem.

Excusatiuus apud Tacitum, li. 3.

nihili : quædam quatuor aut tribus casibus tantum flectuntur: vt; Iupiter nominatio & uocatio, Iouis, Ioui, Iouem, Ioue. Opis, opem, ope: quædam paucioribus, vt sub titulo de defectiuis dictum est.]

De figura.


Nominum alia sunt } Simplicia: vt; aptus, pars.
 De compositione nominum. } Composita: vt; ineptus, particeps. Componuntur autem nomina quatuor modis: Ex duobus integris: vt; suburbanum: Ex duobus imperfectis: vt; opifex, artifex: Ex integro & imperfecto: vt; ineptus: Ex imperfecto & integro: vt; omnipotens: Aliquando ex compluribus: vt; inexplugnabilis, incomprehensus. Nomina compositæ figuræ, si coniungantur cum nominatio & obliquo, ex nominatiui parte flectuntur: vt; iuriconsultus, iuriconsulti, iuriconsulto, &c. Paterfamilias, patrisfamilias, &c. Si ex duobus nominatiuis componantur, uterque nominatiuus flectitur: vt; respublica, reipublicæ, Iusurandû, iusurandi, &c. [dummodo obliqui sint uisitati, non enim dicimus iuribusurandi.] Alteruter tamen habet alterutrum, & leopardus leopardi. Hac de causa non declinantur hæc; huiusmodi, eiusmodi, & similia, quod ex solis obliquis composita sint. Sed quæ ex imperfectis partibus aut altera præpositione coniuncta sunt, ea solo sine variantur: vt; ruricola ruricolæ, ineptus inepti, &c.

De compositorum declinatione. Turisconsultum non iureconsultum dici docet Sospater. Quin sil. lib. 1. cap. 5. extremo.

[Componuntur nomina cum alijs etiam orationis partibus, cum uerbo: vt; armiger: cum aduerbio: vt; maleficus: cum participio: vt; senatusconsultum: cum præpositionibus: vt; infans: cum coniunctionibus: vt; siquis, &c. Restat species, cuius uarietatem hic satis erit indicasse.]

De

De specie.



De

De patronymicis.

Masculina de-
finunt in ides,
penultima bre-
ui, nisi contra-
ctio sit, ut in
Pelides.

¶ PATRONYMICA sunt nomina ferè
Græca, à proprijs tantummodo nominibus pa-
trum vel auorum, & nonnunquam matrum, fra-
trum, vel fororum, vel etiam locorum, & regum
deriuata: vt Priamides, filius vel nepos Priami.
Phillyrides Chiron, id est, Phillyræ filius. Phaer-
ontias soror Phaerontis. Medea Colchis, è Chol-
chide, Romulidæ Romani, Cecropidæ Athenien-
ses. Patronymicis in carmine solum vtuntur poë-
tæ, & sæpè adiectiuorum vice. Terminationes pa-
tronymicorum, quibus vtuntur Latini, sunt qua-
tuor: es; masculinorum; as, is, & ne; foemininorū:
vt; Priamides, Ilias, Aeneis, Nerine, id est, neptis
Nerei, vt Galathea. In; es; & e; declinantur sub
prima declinatione: In; as, & is; sub tertia, in v-
troq; numero: nam sunt appellatiua.

De possessiuis, & gentilibus.

¶ POSSESSIVA sunt, quæ rem alterius esse
significant: vt; regius, herilis, seruilis, paternus:
Euandrius ensis, &c. Gentilia, quæ gentem notat
aut patriam.

¶ Horum præcipuè
termina-
tiones
sunt { Vs: vt; Germanus, Batauus, Frisus,
Ultraiectinus, Græcus, Argiuius, Vr-
banus, rusticus, Pythagoreus, Hercu-
leus, Tribunitius, Prætorius.
Ensis, Atheniensis, castrensis, hor-
tensis.
Ns, rs, vt Laurens, Tiburs.
As, Arpinas.
Ta, Geta, Scythæ, &c.

De diminutiuis.

¶ DIMINUTIVA dicuntur, quæ primiti-
ui diminutionem significant: vt; lapillus à lapide,
à vir-

à virgine, virguncula, à corde corculum, quæ cū
primitiuis plarunq; genere consentiunt.

¶ Horum termina-
tiones sunt

Ellus: vt; puellus.
Illus: vt; lapillus, sigillum,
pauillus, à paulum, &c.
Olus: vt; vrceolus.
Vlus: vt; regulus à rege, ca-
pitulum, &c.
Culus: vt; igniculus, anicu-
la, homunculus, corcu-
lum, &c.
Vleus: vt; equuleus, ab e-
quo.
Aster: vt; parasitaster.
Cio: vt; homuncio.
Sio: vt; Pusio.

Diminutiua
sunt inuenta,
vel veritatis
gratia, vt siccus,
la, vel urbani-
tatis, vt soror-
cula, vel mo-
destie, vt inge-
niolus, vel adu-
lationis, vt
suauiolus, Sy-
riscus, vel vili-
tatis, vt homun-
cio, plebecula.

De denominatiuis.

[DENOMINATIVA sunt ab alio no-
mine deducta: vt; aureus, chartaceus, roboreus,
vitreus, abiegnus, audacia, ignauia, iustitia, casti-
monia, ouile, fenilis, vestibulum à vesta, officina
ab officium, multitudo à multus, ferrugo à fer-
rum, ceruical à ceruice, lupanar à lupa, senator à
senatus, pomarium, testimonium, myrtetum, pie-
tas, saluber à salus, campester, familiaris, cæle-
stis, menstruus, herbidus, maritimus, quernus,
odorus, piscosus, vinolentus, tunicatus, furtiuus,
venustus à Venere, &c.

Terminationes
denominatiuo-
rum. Reus, cen-
treus, egnus,
cia, via, tia, nid-
ile, ilis, ulum,
cina; vdo, ugo,
cal, anar, atus,
arium, onium,
etum, et as, ber,
ster, vis, stis,
struus, idus, ti-
mus, ernus,
orus, ofus, cutus
atus, inus, stus.

¶ Numeralia principalia, quæ absoluta sunt:
vt; vnus, duo, tres, quatuor, &c. Ordinalia; pri-
mus, secundus, &c. Distributiua, quæ singulis
multorum suum numerum præscribunt; singuli,
bini, terni, &c. In; arius; exeuntia, quæ rem signi-
ficant

ficant numerum aliquem continentem: vt; denarius numus, qui decem asses valet, quinquagenarius homo, qui quinquaginta annos natus est. Multiplicantia, quæ numerum quempiam aliquoties sumunt: vt; simplum, duplum, triplum, &c. Pronominalia, à pronomibus formata: vt; nostras, vestras, cum nō significat certam personam. Participialia: vt; sapiens, consequens. Adverbialia: vt; hodiernus, crastinus.

De Verbalibus.

In, us; verbalia sunt quarti ordinis; vt; desensus, &c. VERBALIA sunt, quæ à verbis deducuntur, vel à supino, vel à præsentī formata: vt; auditor, lectio, scriptura, turele, lucerna, querimonia, cubile, comedo, iudicium, testamentum, flumen, quæstor, raptus, raptor, vltrix, &c. Piger à piget, docilis, amabilis, supposititiuus, inuidus, iracundus, credulus, loquax, &c.

DE PRONOMINE.

Inuentum est pronomen, vt in gratam nominis repetitio nem auferat. PRONOMEN dicitur quod vice nominis ponitur, & certam ferè significat personam. Pronomina sunt decem & octo; Ego, tu, sui, ille, ipse, iste, hic, is, quis vel qui, Cuius, meus, tuus, suus, noster, vester, nostras, vestras, & cuias, quæ repetenda sunt ex rudimentis. Hic, iste, ille, cum adverbis hic, istic, illic, ita propriè differunt, vt; hic, ad primam ferè personam referatur; iste, ad secundam, ille, ad aliquid tertium. Sæpè tamen hæc confunduntur, & hic, pro; iste, & iste, pro; hic, non ineleganter ponuntur. Terent. opinionem hanc tuam dixit: Cicero iste pro hic, pluribus in locis. Præterea, ille; excellentiam quandam significat: vt; Plato ille diuinus. Iste interdum cōtemptum: vt; quod isti dicunt referatur facillè. Est & hoc inter

ter; hic, & ille; discrimen, cum referuntur ad duo præcedentia: vt; hic; ad posterius, & propius referatur; ille; ad prius & remotius. [Variè componuntur pronomina: Primùm inter se: vt; ego ipse, a, um, tu ipse, a, um, sui ipse, Idem iste. Isthic, isthæc, isthoc vel isthuc, accusatiuo, isthunc, isthanc, isthoc vel isthuc, ablatiuo, isthoc, isthac, istoc. Pluralitèr genere neutro; isthæc. Illic, illæc, illuc. Deinde cum nomine: vt; huiusmodi, huiuscemodi. Tertio cum adverbio: vt; eccum, ellum, ellam, ellos, ellas, id est; ecce illum, &c.]

Quomodo pronomina componantur.

Quartò cum præpositione: vt; mecum, tecum, nobiscum, &c. quæ iam sunt aduerbia.

Postremò cum syllabicis adiectionibus: vt; idem, hicce, huiuscè, hiccine, hæccine, hoccine, & in accusatiuo & ablatiuo. In plurali hæccine; tantum. Egomet, memet. Egomet ipse, &c. Tute, tutemet, accusatiuo; tete, accusatiuo, & ablatiuo, & sese, ablatiuo, meopte, meapte, tuopte, suopte, tuapte, suapte, nostrapte. Se & sese; ita Sospiter distinguit, vt se dicamus, cum quid aliquem in alium fecisse ostendimus, vt; ille se dicit hoc illi fecisse: cum verò in seipsum, tunc sese dicamus, vt; dixit sese hoc sibi fecisse. Quis, interrogandi vox est: vt; quis es tu? vel infinita: vt; nescio quis. Qui relatiuum est: vt; diues est, qui suo contentus est. Et; qui; ponitur infinitiue. Cicero; Si diligentèr, qui vir ille fuerit, consideraris. Idem; Neque enim tu is es, qui, qui sis, nescias.]

Se & sese.

Quis. Qui.

Datiuus, qui; bus; est ab ablatiuo qui, & queis à quo.

Quæ componuntur cum solo pronomine; Quis? { Nam, quis, que, quam, piam, putas, subiiciuntur pronomini; quis. Sed; ali, si, nun, ec, ne; præponuntur. Cum

GRAMMAT. INSTIT. LIB. II.

¶ Cum: Qui; solo? { Dam, vis, cunque, libet.


Quicum, pro cum quo; eleganter ponitur. Terent. Quicum loquitur filius.

¶ Quid cum compositis substantiuum est: vt; quid causæ? Quod cum suis adiectiuum: vt; quod genus hoc hominum? Qua, in foemino & neutro, tantum in his compositis reperitur; si quis siqua siquod, vel siquid, sic aliquis, nequis, nunquis: in alijs est quæ, vt quidam quædam quoddam, vel quiddam, &c. quisnam, quænam, [& apud Virg. lib. 3. Aeneidos, Ecquænam] quodnam vel quidnam, pluraliter, quinam, quænam, &c. Non omnia composita integrè flectuntur: quisquis, quicquid vel quidquid (vt quicquam vel quidquam) quoquo cæteris ferè obliquis caret, & foemino genere, & numero plurali. Vnusquisque vnaquæque vnumquodque, & quisnam sine plurali flectuntur.

¶ DE VERBO.

VERBUM est, quod aliquid esse, aut agere aut pati sine casu, cum tempore significat. vt; amo, amor, sto, sum, pudet, &c.

Verbum



¶ Octo accidunt verbo, quæ sunt in rudimèris explicata: vt; genus, modus, tempus, persona, figura, numerus, forma, seu species, & coniugatio.

¶ Genera sunt quinq; totidemq; tempora, & modi. Figuræ duæ. Numeri item duo. Personæ tres. Coniugationes quatuor. Formæ, seu species quoq; circiter quatuor.

De genere, & de verbis communibus.

¶ GENERA verborum sunt quinque; agens, patiens, neutrum, deponens, & commune. Agens: vt; amo, assumpta litera r; fit patiens: vt; Amor, Neutrum assumere; non potest: vt; iaceo, sedeo. [Hæc differunt à neutralibus passiuis; vapulo, veno, liceo, fio, quæ non possunt impersonaliter accipi, sicut sedetur, itur, &c. Inter neutra annumerauerunt; sero, aro, bibo; & id genus alia, quæ potius ad agentia videntur esse referenda, quòd in tertijs personis vtriusq; numeri & r; literam & naturam passiuorum assumant: vt; seritur vel aratur ager, & arantur agri, bibitur vinum.] Per pauca nunc sunt verba communia: vt; criminor, frustror, osculor. Plura his tribus quæ duplicem habeant significationem non facile reperias. Sed multa passim obuia sunt verborum deponentiũ participia temporis præteriti passiuæ significatione usurpata: vt; interpretatum, testatum, testificatum, mediatum, complexum, adeptum, &c. [Legitur exhortatus est passiuum in Catone Ciceronis, sed deprauatè, vt puto, pro; exoratus est. Depopulatus est ager, apud Liuium. Sic; dimensus, stipulatus, aliq; nonnulla reperiuntur actiua & passiuæ significatione. Nam quæ nunc deponentia sunt, olim ferè communia fuerunt, ita appellata, quòd alteram deponant significationem: sapiusq; significant actiue: vt; aggredior causam:]

sam: interdum etiam passiuè: vt; irascor, patior: nonnunquam neutro modo: vt; reuertor, de quibus vide Aulum Gellium lib. 15. cap. 13.

De modis.

Indicatiuus; seu finitiuus; per quem narramus, & fieri aliquid vel non fieri indicamus.

Modus in actione variam voluntatem indicat.

Imperatiuus; per quem iubemus, hortamur, & inuocamus.

Optatiuus; per quem optamus seu cupimus, & posse ac debere significamus.

Modus

Subiunctiuus; cui nisi altera subiungatur oratio, non absoluit sententiam: vt; Cum benefeceris, latere. Si dixeris, sciam. Modi huius tempora solent interdum capi pro temporibus indicatiui.

Infinitiuus; qui neq; numerum neq; personas desinit.

De tempore.

Præsens est; quo re nunc agi significamus.

Præteritum imperfectum; quo rem coeptam quidè significamus, sed nondum fuisse tractatam eo tempore, de quo loquimur.

Præteritum perfectum; quo res acta, & completa notatur.

Tempus

Præteritum plusquam perfectum; quo significamus rem perfectam ante aliam factam: vt; Commodum discesseras heri: cum Trebatius venit. Cic. Hoc relatiuum præteritum dici possit, & semper ad aliquod aliud tempus referatur, vt & imperfectum.

Exempli, Veni ad te hora septima, tunc è lecto surgebas, & pater domi redierat.

Futurum; quo rem futuram significamus, aut futuro tempore gerendam.

¶ Persona triplex est; prima quæ loquitur, vt lego legimus: secunda, ad quam dicitur, vt legis legitis: tertia, de qua dicitur, vt legit legunt. Coniugationes seu ordines verborum sunt quatuor, de quibus mox suo loco dicemus.

¶ Figure sunt duæ: simplex, vt rego & composita, vt porrigo, & ex hac nata decomposita, vt exporrigo.

[Componuntur verba aut cum nominibus, vt; a difico: aut cum verbis, vt; commune facio: aut cum aduerbijs: vt; satisfacio: aut cum præpositionibus, a, ab, abs, am, an, circum, co, con, contra, de, di, dis, e, ex, in, inter, ob, per, præ, post, præter, pro, re, se, sub, subter, super, trans. Sæpe in compositione euphonix gratia fiunt crases, epentheses, syncopæ, & mutationes literarum: vt; cogo pro coago, redeo pro reeo, traicio pro transicio, trado pro transdo, transilio pro transilicio, ascribo pro adscribo, suspicio pro subspectio, aufero pro abfero.] Numeri sunt; duo singularis qui de vno dicitur, & pluralis qui de duobus vel pluribus. Hoc enim dualis etiam Græcorum continetur.

¶ De formis verborum vide infra, de verbis anomalis & defectiuis adiectum caput.

Regula generales præteritorum & supinorum.

Regula prima.

¶ Composita verborum formant præteritum suum & supinum ad simplicium regulam: vt; lego, legi, lectum. Perlego, perlegi, perlectum. Sunt tamen nonnulla, quæ suis locis excipientur: vt; a lego, intelligo, intellexi.

Regula secunda.

¶ Cum simplex, geminat principium præteriti, com-

compositum non geminat: vt pello, pepuli, pulsum. Repello, repuli, & non reepuli.

† Excipiuntur composita à; posco, disco, curro: vt reposito, reposito, edisco, edidici, excurro, excucurri: sic procurro, percurro, præcurro. A curro tamen composita utroque modo inueniuntur, sed absq; geminatione sæpius apud Ciceronem, vt; decurro, incurro, incurri. Quamuis autem præterita principium geminant, supina tamen nunquam geminant: vt; momordi, morsum.

Regula tertia.

¶ Verba quæ habent a; in præsentis indicatiui, retinent a; in supino, licet in præterito mutetur: vt, fallo, fefelli, falsum.

Regula quarta.

¶ Composita quæ mutant a; simplicis in i; in præsentis, mutant a; vel i; in e; in supino: vt; facio, feci, factum: perficio, perfecit, perfectum. Excipe quæ desinunt in do; & go; quæ repetunt a simplicis: vt ab; ago, actum: exigo, exactum: à; cado, casum: occido, occasum: recido, recasum. Excipiuntur & composita à; fallo & statuo.

Regula quinta.

¶ Quæcunque carent præterito, carent & supino: vt; glisco, vescor, reminiscor: & quæ supino, carent etiam participijs à supino deductis, itemque verbalibus: vt à; glisco; vnum est participium gliscens; & à; studeo; studens.

Exceptio sexta.

† Omnia præterita & supina dissyllaba primam syllabam producunt: vt; legi, perlegi, vidi, visum: prouidi prouisum.

Excipiuntur { Sex præterita; bibi, tuli, fidi, scidi, dedi, & steti: à bibo, sero, findo, scindo, do, sto, quæ primam corripiunt: vt; adbibi, attuli, &c.
Nonem supina; datum, ratum, satum, itum, quitum, situm, citum, litum & rutum: à do, reor, sero, co, queo, fino, cieo, lino, & ruo, quæ primam etiam corripiunt: vt; additum, irritum, constum, &c.

De præteritis & supinis quatuor coniugationum.

PRIMA CONIUGATIO.

Præterita verborum primæ coniugationis formantur in; aui; supina in; atum: vt; ambulare, ambulavi, ambulatû: lachrymo, aui, atum, quod & lachrymor dicitur: commeo, aui, atum: lanio, aui, atum: leuo, leuavi, atum, &c.

Excipiuntur.

Columella Se- † Cubo, sono, tono, domo, veto, crepo, quæ ha-
cautus; profe- bent; ui, itum. Mico, micui, caret supino: emico,
Eturus; vsur- emicui: sed; dimicavi; sæpius, & dimicatum: Fri-
pauit. co, fricui, frictum, [Plinius fricatas carnes dixit à
Nexare; dicitur fricatum, hinc; frixatio. A; refrico; sit refricaturus.]
non nexere; vt Seco, secui, sectum. A; neco frequentatiuum; ne-
quidam volue- xare, aui, atum. Plico, plicavi, plicatum, vel vi,
rum. itum in compositis. Neco, necavi, atum, sed ab
A; lauo supinû eneco; sit; enectus. Iuuo, iuui, iutum. Adiuuo, ad-
lauatû repcri- iuui, adiutum. Lauo, laui, lotum vel lautum. Po-
tur apud Teren- to, potavi, potum. Do, dedi, datum; sic; venundo,
in Eurucbo & circundo, pessundo, fatifdo. Reliqua composita
Phormione: & sunt tertiæ coniugationis, habentia; idi; & itum;
apud Horat. breuia: vt; reddidi, redditum, & cat. Sto, steti, sta-
A; potio; potatu- tum, cuius composita; stiti; habent, & stitum; in
rus est; apud me Terenti, dixit: Potatum aquam Plin. su-

supino: vt; consto, constiti, consticum penultima breui, [vnde tamen constaturus.] Insto, institi. Præsto, præstiti, præstitum, [præstaturus apud Ciceronem est, vnde; præstatio.]

¶ Composita à; cubo; cum habent; m; ante; bo; sunt tertiæ coniugationis: vt; accubare, accumbe- re. A; crepo; sæpius dicuntur; coucrepui, discrepa- ui, increpui, increpitum. *Sed Horatius vsurpat in arte discrepui.*

¶ A; plico; composita cum nomine, habent; aui; vt; duplicavi, multiplicavi: cum præpositione magis; ui; vt; implicui, implicatum & implicitum: sic applicui, applicatum sæpius, & applicavi, applicitum. Explico, aui, &; ui, itum. Sed complico & replico sæpius; aui, & atum; finiuntur. Supplico, aui, atum, postulat.

Præterita passiuorum.

¶ Fiunt ex supinis: vt; amor, amatus sum, adiuuor, adiuus sum.

Præterita deponentium & communium.

¶ Deponentium & communium verborum præterita per actiuæ vocis analogiam effingenda sunt: vt; læto lætaui lætatum, inde; lætor lætatus sum: crimino, aui, atum: hinc; criminor criminatus sum. Quæ carent supinis eorum passiuæ præterita formari nequeunt, qualia sunt; discor, metuor, &c. Et quæ geminum habent supinum, gemina quoque præterita passiuæ requirunt: vt; panis pistus est, vel; pinfitus.

SECUNDA CONIUGATIO.

VERBA secundæ coniugationis habent in præterito; di; dissyllabum, & itum; breue in supino, vt; habeo, habui, habitum: moneo, monui, monitû: doleo, dolui, dolitum, & impersonaliter dolet, &c. valeo, valui, vnde; valitur: arceo, arcui: L 4 coerceo,

coerceo, exerceo, ui, itum. Taceo, tacui, tacitum, sed hinc composita carēt supino. Timeo, studeo, horreo, caueo, tepeo, pateo, & neutra ferē omnia proprio supino carent. pareo, apud iurifconsultos, paritum habet.

Exceptio supinorum.

A misceo misū ¶ Doceo, doctum: teneo, tentum: misceo, mistum, vel ut alij volunt mixtum: torreo, tostum: censeo, censum: recenseo, recensum. Sed ut facilius exceptiones cognoscant pueri, percurramus omnes terminationes.

Beo.

A sorbeo sorpsi ¶ Sorbeo, ui, itum, vel sorpsi, sorptum. Absorbeo & exorbeo, ui, apud Ciceronē, sed absorpsi apud Lucanum. Libet, libuit, & libitum est.

Ceo.

L. aine dici possit. Probns grammaticus negat in catholicis verbis, & idem paulo post eodem libro sorpsi l. sum esse ait. Licui apud Horat. lib. 1. sermouū sat. 6.

¶ Luceo, luxi sine supino. Mulceo, mulsi, mulsum. Sic demulceo, permulceo permulsi permulsum & permulctum, vnde apud Salustium; permulcti, placet, placuit, & placitum est: complaCEO complacitum est. Decet decuit, sine supino. Licet licuit, & licitū est. Liceo pro vendor, licui.

Deo.

¶ Ardeo, arsi, arsum. Suadeo, suasi, suasum. Rideo, risi, risum. Video, vidi, visum. Sedeo, sedi, sessum. Strideo, stridi, sine supino. Prandeo, pransus sum, vel prandi, pransum. Audeo ausus sum. Gaudeo gauisus sum. A tædet pertæsum est. hinc; pertæsus participium. Pudet, puduit vel; puditum est. Quatuor verba principio geminato præteritum in di; faciunt, supina in sum: vt; mordeo, inomor-di, morsum. pendeo, pependi: spondeo, sponpon-di, sponsum. tondeo, totondi, tonsum. Cætera in deo;

ideo; habent, ui; vt; mædeo madui, frendeo frendui, cuius supinum volunt esse fressum.

Geo.

¶ Verba in geo; vel ar; præcedente, præterita in di; faciunt: vt; algeo alsi: Fulgeo fulsi: Vrgeo vrsi sine supinis. Mulgeo mulsi, mulctum (vnde; mulctra & mulctrum & mulctrale) Tergeo, tersi, tersum: quod sæpius tergo in tertia coniugatione dicitur. Indulgeo, indulsi, indultum. Frigeo, frixi, caret supino. hinc, refrigescō, refrixi. Lugeo, luxi, luctum. Augeo, auxi, auctum. Reliqua sequuntur analogiā, vt; egeo, egui, indigeo, rigeo, vigeo, &c. & supinis carent. Piget, piguit, vel; pigitum est.

Leo.

¶ Vieo, vieui, & vietum penultima ancipiti. Vieo, vieui, citum. Hinc; concito, excito. Quieo, quieui, quietum, verbum est obsoletum, vnde quiesco.

Leo.

¶ Fleo, fleui, fletum. Deleo, deleui, deletum. Pleo, pleui, pletum in usitatum. hinc; impleo, repleo, &c. Soleo, solitus sum, solitum. Oleo, olui. Hinc; deriuata variant, vt; adoleo & adolesco, adoleui, adultum. Obsoleo obsoleui, & sæpius obsoleui, obsoletum. Sic; exoleo seu potius; exolesco. Inoleo seu inolesco potius, & aboleo, eui, itum. Oboleo, obului, obolitum. Sic; redoleo, suboleo, sed nondum legi supina.

Neo.

¶ Neo, neui, netum. Manco, mansi, mansum. sic emanco, permanco, remanco. Sed; emineo, immineo, promineo, ui; habent.

Queo.

¶ Torqueo, torxi, tortum. Liqueo, licui. Deliqueo,

Diomedes etiā mulxi ponit a mulgeo, & Dornatus a frigeo frigui.

Vietum penult. habet communem, apud Lucan. lib. 3. longam, apud Horat. in Epod. breuem.

Diomedes adoleo, ui, itum, in sacrificiis dici vult.

liqueo, deliqui: unde; liquefco, &; deliquefco.

Reo.

¶ Hæreo, hæsi, hæsum. Pareo, ui, itum. Mereor & mereor, merui, meritum &; meritus sum. Mereor prima longa caret præterito: nam mœstus nomē est. Careo, carui, unde; cariturus. [Cassus nomen esse videtur vt lassus.] Misereor miserum est.

Seo.

¶ Censeo, censui, censum: recenseo, recensui, recensum, non recensum, unde nomen verbale; recensio, onis. & recensium, nisi ab antiquo; recensire, recensitum, penult. longa.

penult. sit longa.

Olim dixerunt

seruo & ful-

go. Virgil. in. 8.

Ferueret Leuca-

tem auroq. es.

fulgere fluctus.

Et lauere pro

lauare, & alia

quædam, quæ

non imitabimur.

Ceueo ceui

Probus.

¶ Caueo, caui, cautum, faueo, faui. Voueo, uouui, uotum. Foueo, foui, forum. Moueo, moui, motum. Paueo, paui. Conniueo, conniui vel; conniui, conuiui, vel vt alij volunt, ferui. [Certè composita; conferueo, deferueo deferui formant.] Langueo, langui, sine supinis. Sueo, sueui, suctum, uerbum est antiquum, unde; suesco sueui suctum. Cætera generalem regulam sequuntur. Aueo caret præterito & supino.

Præterita passiva.

¶ Fiunt ex supinis, vt; moncor monitus sum. Mordeor, morsus sum.

Deponentia.

¶ Sequuntur analogiam actiuorum, vt; vereor, veritus sum: mereor, meritus sum, &; merui. Liceo, licitus sum, &; polliceor, pollicitus sum. Sed; misereor, miseratus sum. [Terentius Phormione, miseratus est.] Reor, ratus sum. Fateor, factus sum. Hinc; confiteor, confessus sum. Profiteor, professus sum. Tueor, tuitus sum. Medeor mutatur præteritum à medicor medicatus sum.

¶ D E

DE TERTIA CONIUGATIONE.

TERTIA coniugatio cum certam præteriti & supini formam non habeat, per singulas terminationes ea quærantur.

¶ Finita in: o; purum.

Cio.

¶ Lacio, ieci, iactum: facio, feci, factum. Composita uolunt, ectum, vt; adicio, adieci, adiectum. Et; afficio, affeci, affectum. Lacio &; specio, quorum solis compositis utimur, habent; exi, ectum: vt; allicio, allexi, allectum. Sic; pellicio, illicio, &c. sed ab; elicio fit elicui, elicium. Aspicio, aspexi, aspectum: despicio, prospicio, &c.

Dio; & Gio.

¶ Fodio, fodi, fossum. Fugio, fugi, fugitum. [Observandum est uerba in; cio, dio, gio, rio, & situm non mutatio, quibusdam locis perdere uocalem: vt; fugis, fugerem, fugere, ubi analogia postularer, fugijs, fugie, fugierè, fugiere, vt; fugiam, fugies.]

Pio.

¶ Rapio, rapui, raptum: corripio, corripui, correptum, sic cætera composita. Sapiro, sapui vel sapui, Desipio, desipui, &c. Capiro, cepi, captum, composita faciunt eptum, vt; accipio, accepi, acceptum. Cupio, cupiui, cupitum, penultima longa, more uerborum quartæ coniugationis.

Rio.

¶ Pario, peperit, partum: sed; hinc pariturus dicimus non parturus.

Tio.

¶ Quatio, quasi, quassum, sed præteritum inusitatum est. Composita formant cussi, cussium, vt; percutio, percussi, percussum, &c.

In

In;uo;habent;ui;utum.

¶ Arguo, argui, argutum; u; longo, statuo, statui, staturum, hinc; instituo institui institutum, &c. sic; acuo, induo, sternuo: & composita à lauo, colluo, diluo, proluo, & à suo & spuo, confuo, conspuo, sed; respuo supino caret. Ruo, rui, ruitum: composita volunt rutum, vt; eruo, erui, erutum, dirutum, &c. u; breni. Struo, struxi, structum. Fluo, fluxi, fluxum. Pluo, plui & pluui, plutum: supini vsus est in compositione, vt; complutum. Carent supino, metuo, luo, congruo, abnuo cum compositis, & ingruo, quæ habent; ui. Sed; abnurturus apud Salustium legitur.

Finita in eo; cum consonante.

Bo.

¶ Scribo, scripsi, scriptum. Nubo, nupsi vel nuptus sum, nuptum. Bibo, bibi, bibitum. Lambo, lambi. Scabo, scabi. Glubo, glubi, sine supinis. Cõposita à cubo dat ui, itum, vt; accumbo, accubui, accubitum, &c.

Co.

¶ Dico, dixi, dictum. Duco, duxi, ductum. Vinco, vici, victum. Ico, ici, ictum. Pasco, pavi, pastum. Cresco, creui, cretum. Nosco, noui, notum. Sed; agnosco, agnoui, agnitum, & Cognosco, cognouit, cognitum, cætera notum habent. Compesco, compescui: posco, poposci: disco, didici: carent ferè supinis. Pollinco, pollinxi, pollinctum. Quiesco, quieui, quietum, &c. Consuesco, consueui, consuetum. Scisco, sciui, scitum. Parco, peperci, parcitum (vel parsi parsum.) Glisco cum verbis inchoatiuis caret præterito & supino, vt; labasco, hisco, integrasco, vesperascit, &c. [sed inchoatiua quædam præteritum mutantur à primitiuis, vt; rescisco,

Pluo ferè in ter-
tia persona, &
pluere dicitur
Deus.

Conquisco,
conquexi, exo-
letu verbu est.
Plin. Italie par-
citur est.

rescisco, rescui, rescitum, à rescio: increbresco, increbui: euanesco, euani: erubesco, erubui: fenescio, fenui, hinc participium apud Plautum, senectæ ætas, & senectum corpus apud Salust.]

Do.

¶ Verba in do habent; di; in præterito, & sum in supino: vt; Mando, mandi, mansum: sic; præhen- do & contractè prændo, præhendi, præhensum. Edo, edi, esum, cum compositis. Scando, scandi, cuius supinum scansum faciunt, & hinc; ascendo, ascendi, ascensum. Fundo, fudi, fufum. Cudo, cu- di, cufum. Accendo, accendi, accensum. Sex quæ geminant principium præteriti, Cado, cecidi, pe- nultima breui, casum (composita mutant; a; in; i; breue, vt; occido, occidi, occasum: recido, recidi, recasum, inde; recasurus: reliqua supinis carent) Cædo, cecidi, penultima longa, cæsum, hic; æ; in compositis mutatur in; i; longum, vt; occido, reci- co, recidi, recisum. Tendo, tetendi, tensum vel; tentum. [Composita magis volunt; tum; præter ostendo, & extendo, quæ habent sum & tum, sed; vltatiùs dicitur ostensum.] Pendo, pependi, pensum, perpendo, perpendi, perpensum. Pedo, pepedi, penultima longa peditum. Tundo, tütudi penultima breui, tunsum (nam; Virgilius dixit tunsis pectoribus) & tufum, sed; ferè in compositis. Contundo, contudi, contusum, sic & cætera Scindo, scidi, scissum. Findo, fidi, fissum. Pando, pandi, passum. [Sed; expansa retia apud Plinium.] Composita quoque à do; habent; didi, ditum pe- nultima breui, vt; Abdo, abdidi, abditum, Edo, edidi, editum, Abscendo, abscodi, absconditum. Decem vel duodecim in do, habent; si; in præte- rito, & sum; in supino, vt; claudio & cludo, (hinc; includo,

Edo esum non
estum facit.
Cudo nec cusi
nec cusi habet.

Ab ostentum
ostentare.
Pedo pepedi pe-
ditum apud
Catullum.
Pando pandi
passum et pan-
sum.
Absconditum
no absconditum, &
quo tamen apud
Plinium verbale
nomē absconditum.

GRAMMAT. INSTIT. LIB. II.

A vado nondū legi supinum. includo, occludo, &c.) rodo, rado, vado, plaudo & plodo, ludo, trudo, ludo, diuido, & cedo, cessum: unde; recedo, abscedo, concedo. Rudo rudi: & strido, stridi, sine supinis. Fido fisis sum. *A Sido sidi Columella facit.* Sido caret: sed eius composita prateritū habent, *Clango & angocarere videtur & praterito & supino.* confido, confedi: sic; desido, refido, subsido.

Go, vel, guo.

¶ In go, vel, guo; postulant xi; in praterito, & ctum; in supino: vt; Cingo, cinxi, cinctum: tingo, vngo, affigo, lingo, fugo, iungo, distingo, extinguo, &c. Fingo, pingo, stringo, ringo seu ringor, quod vstitius est, amittunt in; in supino: vt; iustum, pictum, strictum, rictum. Quæ habent; ante go; si non sunt à rego composita (nam hæc habent; exi, ectum) faciunt; si, sum: vt; spargo, mergo, tergo (quod & tergeo legitur) vergo, sed hoc caret supino. Ago, egi, actum: adigo, adegi, adactum: cogo, coegi, coactum, &c. Dego degi, & satago sine supino. Frango, fregi, fractum: effringo, effregi, effractum, &c. Tango, tetigi, tactum: attingo, attingi, attactum, &c. Figo, fixi, fixum. Frigo, frixi, frixum & frictum. Ningo ninxi, caret supino. Pungo, pupugi, punctum. Sed composita: vt; compungo, expungo, & dispungo, foimant xi, ctum. Repungo etiam repupugi facit. Pago (teste Fabio) vetus verbum, pepigi, pactum, id est paciscor. Pango, id est figo, plango, iungo, pegi vel; panxi, pactum. Impingo, impegi, impactum, &c. Lego, legi, lectum: sic; deligo, colligo, & car. Verum diligo, intelligo, negligo, volunt; xi, ctum: dilexi, dilectum, &c.

Fab. li. i. cap. 6.

Annotatio.

[Quæ prateritum per gi; formant, si in præsenti habent; a, vel; e; mutant illud in i; in compositione,

DE ETYMOLOGIA. 80

sitione, vt; ab ago exigo, à tango attingo, à lego colligo, præter perlego. His addes & rego rexi, corrigo, &c. At surgo syncopen patitur, vt & cogo, & dego, ab ago.]

Ho, xi, ctum.

¶ Veho, vexe, vectum. Traho, traxi, tractum.

Io, xi, ctum.

¶ Meio, minxi, miectum: hinc; immeio, permeio.

Lo.

¶ Verba in lo; habent; lui; in praterito, vt; colo, colui, cultum. Sic; consulo, & occulo. Volo, nolo, malo, carent supino. Molo, molui, molitum, non multum. Alo,alui, alitum & altum, unde; altor & altrix.

Tria simplici principio, psallo, *Falso negat Diomedes salio* psalli. Sallo, falli, falsum, pro salio *in hac significa- tione apud ve- teres reperiri.* iui, itum, quod quarti ordinis est. *Celsus ait. Sa- liantur pisces.* Vello, velli (vel; vulsi, vt plerique tradunt) vullum. Composita tantum velli: Ouidius tamen reuulsi, & Lucanus auulsi, extulerūt.

Septem sunt quæ habent li, sum,

Quatuor geminato principio, pello, pepuli: compello compuli compulsum, expello, &c. fallo, fefelli, falsum: refello, refelli. Tollo (teuli, pro tuli, apud Terentium, Catulum & Perium) sustuli sublatum, ab antiquo sustollo. Extollo, extuli à fero. Cello, ceculi, cullum, cuius tantum compositis vtimur: vt; percello, *Apud Terentium quidam non perculli sed percussi legunt.* cui vt; antecellui, percellui, excel- lui, sine supinis.

Mo.

Mo.

¶ Verba in mo; prateritum faciunt per ui; & supinum per itum; breue vt; vomo, vomui, vomitum; gemo, gemui, gemitum, &c. Tremo, tremui, caret supino. Excipiuntur como, promo, demo, & fumo, quę habent; pfi, ptum. Emo, emi, emptu; promo, presfi, presum; redimo, adimo, ademi, adeptum, &c.

Emo & promo mutant e, in i, vt redimo, comprimo.

No.

¶ Pono, posui, positum. Gigno, genui, genitum. Temno, tempsi, temptum, in composito. Sterno, strauī, stratum. Sperno, spreui, sperum. Sino, siui, situm. Desino, desiui, & per syncopen frequentius; desij, desitum. Cerno, creui, cretum (quę nunc repudiavit vsus, cum cerno pro video ponitur) hinc; discerno, discreui, discretum, &c.

Cernere, pro hereditate adire, facit creui creatum.

Lini prateritū reperitur apud Columellam.

Clepo verbum antiquum est.

Crepe non est huius ordinis sed primi.

Scalpo scalpsi sculptum, non sculptum dicitur.

Diomedes tradit, sed sculptū probant verba lia sculptor & sculptura.

Verro verum habere Seruius putat.

Lino, leui, litum. Relino, releui. Cano, cecini, cantum. Sed composita habent; ui; & entū; mutantq; a; in i; vt; accino, accinui, accentum, &c.

Po.

¶ Verba in po; prateritum per pfi; & supinum per itum; faciunt; vt; Carpo, carpsi, carptum; decerpo, decerpsi, decerptum; serpo, repo, scalpo, & composita in sculpo, &c. Excipiuntur; strepo, strepui, strepitum. Rumpo, rupi, ruptum.

Qo.

¶ Coquo, coxi, coctum. Liquo, liqui, sed; licitum in compositione; vt; relinquo, reliqui, relictum.

Ro.

¶ Tero, triui, tritum. Verro, verri, versum, conuerro, conuerri, conuersum, &c. Quæro, quęsiui, quęsitum, penultima longa; hinc; exquiro, inquirō, &c. Gero, gēsi, gestum. Vro, vrsi, vrsutum. Curro, cucurri, cursum, de quo supra dictum est. Furo

Furo caret praterito & supino [cuius primā per-sonam vsus non recipit.] Fero, tuli, latum. Sero, seui, satum. Composita cum significant actum plantationis, habent; eui, itum; vt; consero, infero, inseui, insitum. Alias habent; rui; ertum, vt; exero, exerui, exertum. Ab obsero; fit obstū, & prateritum obseui apud Plautum in Trinum.

So.

¶ Lacesso, lacesiui, lacesitum, penultima longa; Sic; accerſo voco, & arcesso accuso, Capesso, capesiui vel; capesij & tapesi caret supino. Facesso, facesi, facesitum. Viso, visi, & vt volunt visum. Incesso, incesi. Pinfo, pinsui, pistum, & pinsitum apud Columellam, & pinsum apud Victruium.

Accerſo & interdum accerſio quarta coniugationis. Depſo depſui, verbū antiquum pro subigo manib⁹.

To.

¶ Meto, messui, messum. Sterto, stertui, sine supino. Necto, & pecto, xui vel; xi, xum. Flecto, flexi, flexum. Plecto, id est; punio, plexui, plexum, vel, vt vult Priscianus; plexi, plectum. A plecto pro implico seu necto est participium plexus, vnde; perplexus adiectiuum. Mitto, misi, missum. Peto, petiui, petitum, penultima longa. Verto, verti, versum. Sisto, stiti, statum. Existo, extiti, extitum. Resisto, restiti, restitum. Assisto, astiti. [Gell. lib. 2. cap. 14.]

Incesiui, quod reperitur apud Gellium, nō supino recipiendum. Sterto stertui, sed apud Ouid. stertisset legitur.

Vo.

¶ Soluo, solui, duabus syllabis, solutum, penultima longa; sic; voluo, volui, volutum, cum compositis. Viuo, vixi, victum.

Priscianus. Si diu incertū sit, haeres extititius necne sit.

Xo.

¶ Texo, texui, textum; sic; retexo, detexo, &c. Nexo huc non pertinet, quod primæ coniugationis est, carens praterito & supino.

Nexo prima coniugationis est carens praterito & supino, quod huc nō pertinet.

M

De passivis & deponentibus.

Passiva praeferita fiunt à supinis: vt; capior captus sum: contemtor contemptus sum: deseror desertus sum. Deponentia sunt: Adipiscor adeptus sum. Amplector & complector, exus sum. Cominifcor, commentus sum. Diuertor, diuertere praeferitum facit. Reuertor, reuerti, sepius quam reuersus sum. Expergiscor experrectus sum. Fruor fructus vel fructus sum: hinc; fructurus. [Valla etiam fructum supinum facit, sed hoc nomen est potius.

Reuertor sepius habet reuerti quam reuersus sum, sicut et diuertor diuertere.

Mortuus nomen esse videtur, vt viuus. Mortuus etiam quartae coniugationis olim fuit.

Defessus sum tribuitur verbo defetiscor, quod huius quoque mihi nomen esse videtur, sicut fessus.

A fructu citatur ex Hortensio Ciceronis. Aménitate summa perfructus est. Fungor functus sum. Gradior gressus sum: sic; congregior, aggredior, &c. Irascor iratus sum, quod mihi nomen esse potius videtur. Labor lapsus sum. Loquor locutus sum. Morior mortuus sum. Sed mortuus nomen esse videtur, vt; viuus. Nascor natus sum. Nanciscor nactus sum. Nitro nixus sum & nixus sum, [in compositione, vt; admitor, enitor, sed; connixus, inmixus, vltatiora sunt, sicut & nixus.] Obluiscor oblitus sum. Patior passus sum. Perpetior perpeffus sum. Paciscor pactus sum, idem quod pepigi. A pascor, depascor depastus sum. Proficiscor profectus sum. Queror questus sum. Sequor sequutus sum. Vlciscor vltus sum. Vtor vltus sum. Reminiscor, liquor, & vlcior praeferito carent. Tuor tutus sum, & composita vt contuor, intuor &c. rara sunt. Tueor cum compositis vltatius est.

DE QUARTA CONIUGATIONE.

OMNIA verba quartae coniugationis exeunt in: io; praefer: eo, & queo; cum compositis, & veneo. Eo; format; ibam, ibo, etiam in compositis: vt; abibam, abibo, &c. sic; queo, quibam, nequibam, quibo, &c.

De

De praeferitis & supinis quarta coniugationis.

Verba huius ordinis habent; iui; in praeferito, penult. longa, & sepius per syncopen: ij; & itum; in supino, penult. longa: vt; audio, audiui, auditum: sic; singultio, obedio, ambio, ambiui, ambitum: sed ambitus nomen mediam corripit. Eo, iui, vel: ij; itum: adeo adij aditum, penult. breui: sic; queo, quiui, quitum. Gestio, gestiui, & gestij, caret supino, vt cacutio & ineptio.

Sed variant.

Venio, veni, ventum. Venio, veniui, & sepius per syncopen: venij. Vincio, vinxi, victum. Sancio, sanxi, sanctum, vel sanciuui, sancitum: frequenter sanxi sancitum. Farcio, farsij, fartum. Refercio, referfij, refertum. Sarcio, sarsij, sartum. Fulcio, fulfij, fultum. Haurio, haufij, haustum. Sentio, sensij, sensum. Sepio, sepsij, septum. Ferio, caret. Cambio, permuto, campfij facit, [quo verbo Plautus, Ennius, Apuleius vtuntur.]

Sepelio, sepeliui, sepultum. Amicio, amiciui, amictum. Salio, salij vel salui, saltum. [A saliuui ferij feritum, quod non est in vltu, per syncopen fit salij, quod vltatum est.] Composita mutant; in: i: vt; exilio, insilio, resilio, &c. quae habent; iui; vel: ij; vltum. [A pario composita quae dicuntur, habent; rui; vltum: vt; aperio, aperui; apertum, sic; operio. Sed; comperio & reperio habent; rertum: vt; comperi, compertum. Verba meditativa seu desideratiua carent praeferito: vt; coenaturio: praefer: parturio & esurio.]

De passivis & deponentibus.

Passiva & deponentia huius ordinis habent; itus; sum in praeferito: vt; audior auditus sum.

M 2 Molior

GRAMMAT. INSTIT. LIB. II.

Molior molitus sum, sic largior, potior, fortior, partior, mentior, blandior cum compositis. Ex-
Assentior) quod cipiuntur; Assentior assensus sum, Metior mensus
& assentio di- sum, Exsuperior expertus sum, Opperior oppertus
ciur. sum, Ordior orsus sum, Orior ortus sum. Sed hoc
Falsa est Prif- verbum, & potior partim sunt ordinis tertij, par-
ciani diff. rētia tim quarti. Orior tantum est tertij coniugationis
inter orditus præter; oriris & oriri. Potior est quartæ, sed Vir-
sum & orsus gilius licenter; i; corripuit in potitur, vt Ouidius
sum. Ab; orior ortus sum, fit tamē participiū; oriturus.
Orior. Potior. Horat. Nil oriturum alias, nil ortum tale fatētes.

¶ NEUTROPASSIVA.

Transgressiva NEUTROPASSIVA dicuntur, quæ neu-
Diomed. vocat. tra quidem sunt, sed præterita more passi-
Quorundam du uorum faciunt: vt; gaudeo gauisus sum, Fido si-
plex præteritū sus sum, Audeo ausus sum, Fio factus sum à facio,
est actiua vo- Scleo solitus sum.

is & passiva. ¶ Quædam duplicia habent præterita: vt; Pran-
 deo, prandi, vnde pransus & impransus, Cæno,
A iuro non fit aui vel; atus sum, Iuro, aui, sed hinc iuratus & in-
iuror, licet ha- iuratus. Nubo nupsi & hinc; nuptæ innuptæ quæ
beat iuratus, puellæ. Libet, licet, & alia quædam, vt; pudet, pi-
sicut nec ab get apud Plautum. Placet, placuit, placitum est.
aliis. Complacitum est, potius quam complacuit.

Neutralia passiva.

¶ Neutrale passiuum est, quod cum sit voce
à v. r. ad h. neutrum, passionis tamē significationem habet:
Tr. u. qualia sunt; vapulo, veneo, liceo, fio, quibus non
 rectè additur; exulo; quod est patria careo, non
 autem relegor.

¶ DE VERBIS ANOMALIS
 ET DEFECTIVIS.

ANOMALA sunt: quæ communem & vsita-
 tam coniungandi normam non seruant: vt;
 Sum,

DE ETYMOLOGIA. 83

Sum, cū cōpositis, Volo, Malo, Nolo, Edo, & pau-
 ca alia, de quibus dictū est in primis rudimentis.

¶ DE DEFECTIVIS.

¶ Aio, ais, ait. Pluraliter, aiunt. Imperfecto, aie-
 bam, bas, &c. Imperatiuo, ai: Plautus, vel ai vel
 nega. Futuro optatiui, aias, aiat, aiamus, aiant.
 [Cic. Quasi ego id curem, quid ille aiat aut ne-
 get.] Participium est aiens.

¶ Faxo: & faxim, faxis, faxit. Pluraliter, faxitis,
 faxint, pro faciam vel fecero.

¶ Ausim, ausis, ausit. Pluraliter, ausint, id est,
 audebo vel vtiā audeam.

¶ Cedo. Imperatiuo modo, Cedo, pro dic vel da. *Cedo volūt esse*
 Et cedo in plural. Cic. Cedo si ves eo loco essetis, *interiectionem*
 quid faceretis aliud? A ccusatiuo iungitur, Terent. *flagitantis ex-*
 Quin tu mihi argentum cedo. Annumerari hoc *hi-eri, vt Cedo*
 etiam solet interiectionibus, vt & apage te. *manum, Cedo*

¶ Salue, Vale, Aue. Salue, pluraliter, saluete. In- *quemuis arbi-*
 finitio saluere. [Cic. Saluebis à Cicerone meo. *trum, Cedo*
 Apud Plautum est salueo.] Vale, valete, valere. *senem Terent.*
 Aue, auete, auero, auere. [Quod Cicero dicit.
 Auemus aliquid audire & discere, id est cupimus:
 hoc aliam habet significationem, & integrum
 est, sicut valeo.]

¶ Forem forēs foret. Pluraliter, forent, hoc
 est, essent. Infinitiuus, fore, id est futurum esse.
 Hinc; affore, profore, confore, defore, penultima
 breui. Quæso, quæsumus. Cice. Deos quæsumus,
 consilia tua reip. salutaria sint. Infit pro ait, vel in-
 cipit. Desit pro deest, desiet, desiat, desieri, Con-
 fieri. Ouat, auans, Apage, id est, aufer te hinc: vel
 apagefis (vt videfis, id est si vis) & apage te, nume-
 ro singulari. Sodes, id est, si audes: Sis, id est, si vis,
 Comica sunt. Fijar, defuat, ab antiquo verbo suo.
 [Plura leguntur obsoleta verba apud Ciceronem

de legibus duodecim tabularum, vt; clepsit, rasperit, prohibesit, indicasit, interrogasit, rogasit, creasit, migrasit, localsit, qualia passim apud Plautum occurrunt plurima, quæ nunc vsur pari desita sunt.]

Inquio, varii est, inquam, id est, dico, dicebam, vel dixi.

Cepio verbum antiquum est, quod apud Terentium reperitur.

Non prius ostendit, quâ ille quicquid cepit hinc capi, &c. ceptum, & participium ceptus.

Cic. Hortensius celeriter ad maiores causas adhiberi ceptus est.

In imperatiis memineris, oderis subaudiunt volunt fac, ut sit, fac memineris, vel rogo, volo memineris dicas.

Quæ per apocope in imperatiis modo effervunt.

Per apocopen efferuntur, dic, duc, fac, fer, cum compositis, benefac, perfer, &c. pro dice, duce, &c. sed composita à facio, quæ mutantur; in libera sunt ab apocope, vt perface, &c. Comici figuram hanc sæpè omittunt. Terentius; Missum face, & apud Virgilium legitur, edice pro educ.]

Præteritorum syncope.

Præterita in; ui; desinentia, & inde formata, sæpè per syncope efferuntur, vt nossi pro nouisti: noram,

noram, pro noueram: dormisse pro dormiuisse: amasse pro amauisse: petisti pro petiuisse & petijsti: audisse, & scisse quàm audiuisse & sciuisse vsitatus & elegantius dici Quintilianus putat.

Obiter adiectæ sunt octo figuræ grammaticæ tetrasticho comprehensæ.

¶ Syncopa de medio tollit, quod Epêthesis addit.

¶ Abstrahit Apocope fini, quod dat Paragoge.

¶ Constringit Crasis, distracta Diæresis effert.

¶ Prosthesis apponit capiti, quod Aphæresis aufert.

¶ Exemplum syncopæ, vt; repostum pro repositum, Epenthesis: vt; religio pro religio, Apocopes: vt; tun' pro tunc, Paragoges, dicier pro dici, Crasis, seu synæresis, seu episyndesphæ: æripedem ceruam pro æripedem, Diæresis, aulai pro aula, Prosthesis, gnatus pro natus, Aphæresis, temno pro contemno.

De forma seu specie Verborum.

¶ Forma est quædam verbi origo, eaque duplex, perfecta seu primitiua, & imperfecta seu deriuatiua.

¶ Perfectum verbum est, quod ipsum à nullo deductum, alias de se formas procreat.

¶ Imperfectæ formæ genera tria sunt, verba frequentatiua, quæ iterationem seu frequentem actionem: inchoatiua, quæ inceptionem: mediatiua seu desideratiua, quæ desiderium significant, quibus alia quædam adijciuntur.

¶ Frequentatiuorum alia formantur à posteriore supino, u; verso in: o; vt; à mergo merui, merulum, merui, sit meruo, id est, sapius mergo, [Interdum conatum significant: vt; viso, eo ad videndum, capto, capere conor.] Alia vertuntur; u; supini

posterioris in:to:vt; à lectu lectito, à cursu cursito. Alia penultimam supini; a; longam conuertunt in: i; breue: vt; à rogatu fit; rogito, à clamatu; clamito. Sunt quædam quæ à secunda persona singulari præsentis temporis indicatiui modi fiunt; s; in:to; conuerso: vt; à quæro quæris, quærito, ab ago agis agito, &c.

¶ Omnia sunt primæ coniugationis, desinuntque in; to, so, xo. Non sunt formanda noua, sed inuentis vtendum est. Fiunt à quibusdam frequentatiuis alia frequentatiua: vt; à cano canto, & hinc cantito, à curro curso, & hinc cursito, &c.

¶ Sed à; dico dictito, à facio factito, à scribo scriptito, &c. non à frequentatiuis, sed à perfectis iteratiuam significationem accipiunt. Significant & hæc frequentia, vellico, fodico, &c. Reperiuntur quædam in:or; frequentatiua, vt; à sequor sector, ab amplector, amplexor, à polliceor, pollicitor.

¶ Inchoatiuum verbum (seu vt vult Valla meditatiuum) est, quod inchoata fieri & augeri significat, & exit in: sco: vt, calesco, frigesco, id est, incipio frigere seu fio frigidus. Fit hoc verbum à secunda persona præsentis indicatiui adiecta syl-

Sic Varro lib. 4. debisse terræ. Formantur etiã inchoatiua à nominibus, vt à flamma flammesco, ab herba herbesco, sed hæc præteritum habere non possunt. Inchoatiua non habent propria præterita, quia quod inchoatū est, inquit Sospater non est perfectū. ¶ A no-

¶ A nominibus deducta ferè præteritis carent: vt; macresco, vt; repuerasco.

¶ Meditatiuum seu potius desideratiuum est, quod affectum & voluntatem ac desiderium rei alicuius agendæ significat, & ultimo supino adij- cit; rio: vt; à cœnatu, cœnaturio, à partu, partu- rio, id est, cupio vel volo parere, quæ sunt quartæ coniugationis.

¶ Est & verbum diminutiuum, quod primitiuæ significatione minuit, & plær uq; exit in: lo, vt; cãtillo, sorbillo, id est, modicè & paulatim sorbeo.

¶ Et imitatiuum: vt; patrisko, id est patrem imitor. Græcisko, Platonizo, &c. Latini Græcorum terminatione relicta etiam suo more efferunt: vt; cornicor, bacchor, & cæt. Diminutiua omnia & imitatiua sunt primæ coniugationis.

Participium.

¶ Participium est nomen verbale significans tempus, id est, inflectitur vt nomen, sed cum tempore significat vt verbum. Sunt quædam nomina similia participijs, sed nullam habentia verbi originem, vt; galeatus, tunicatus, ocreatus, cristatus, &c. Turritus, pellitus, cornutus, astutus & similia. Potens nomē est, nō participiū. Iēs nominatiuus habet in obliquis euntis, eunti, euntem, eunte. Sic & cōposita, vt; abiens, abeuntis: sed ambiens ambientis facit. Hæc formã sequuntur etiã horū gerundia, vt; abeundi, do, dum: Ambiendi, do, dum.

¶ Obseruandū est, quocunq; tempore verba caruerint, eodem carere & participia, vt cum cœpi non habeat præsens, nec vescor præteritum: illud præsentis, hoc præteriti participio carebit, &c. Formantur à verbis actiuis participia duo significationis actiua, vt; amans, amaturus, totidemq; à passiuo significationis passiuæ, vt; amatus, aman-

us. A neutris duo, vt; currēs, cursurus. A neutro-
passiuis tria actiuae significationis: vt; coenans coe-
natus coenaturus. A deponenti quoque absoluto
tria: vt; patiens, passus, passurus. A deponente acti-
uē significante fit etiam interdum futurū in; dus:
vt; vtendus, sequendus, patiendus, hortandus, in-
terpretandus, nonnunquam & in; tus: vt; vigilatā
noctes apud Ouid. A verbo communi formantur
quatuor: vt; criminans, criminatus, criminaturus,
criminandus, quorum præsens & futurum in; rus;
actiuam habet significationem, futurum in; dus;
passiuam, sed präteritum vtrunque. Ab imper-
sonalibus rara sunt. A pœniter pœnitens reperitur,
à tædet compositum pertaxus. Sed; libens, decēs,
pudens, pudendus, pœnitendus, nomina potiùs
videntur esse quàm participia. Reliqua repetan-
tur ex Rudimentis.

De gerundijs & supinis.

*Verba partici-
pialia Varro &
Quintilianus
vocāt quæ Græ-
matici gerundia
& supina ap-
pellant.*

¶ Gerundi voces, & supina verba sint, an parti-
cipia, an ipsa per se partes orationis habenda,
nondū inter Grammaticos cōuenit. Dicta gerun-
dia videntur ex eo, quod verbi sui cōsecutionem
à tergo gerant. Significant ferè actiuè, rarius pas-
siuè. Terminationes eorum tres, di, do, dum. Di;
genitiui casus formam refert, do; ablatiui, dum;
accusatiui. Vocantur hæc participialia verba. Ge-
rundia verò adiectiua, quæ gerundia nominan-
tur, habent casus & genera in vtroq; numero, &
participialia nomina dicuntur, de quibus in syn-
taxi copiosius agemus. Supina quoq; participialia
verba appellantur: prius supinum exit in; um; po-
sterius in; u; quorum illud agentis ferè significa-
tionem habet, hoc patientis.

Aduerbium.

¶ Aduerbium est pars orationis, quæ adiecta
verbo

verbo significationem eius explanat ac perficit,
auget, aut minuit, vt; rectè, optimè, parum dixit.
Adjicitur etiam nomini adiectiuo, & interdum
substantiuo, item participio, & nonnunquā alteri
aduerbio, vt; in rudimentis quoq; traditū est. Ad-
modum adolescentulus, malè eruditus, parū fœ-
liciter. Duplex est aduerbiorum species, primaria
& deriuata. Deducuntur autem aduerbia vel à
nominibus, vt; malè, falsò, breuiter, furtim, par-
tim, à malus, falsus, breuis, fur, pars: vel à verbis,
vt; nominatim à nomino: vel à pronomibus, vt;
hic, illic: vel à præpositionibus, vt; clanculum, à
clam, infra, supra, citra, contra, vsq; prope, ante,
post: aliæq; præpositiones quæ ablato casu fiunt
aduerbia. Obseruandū est præpositiones nec ad-
uerbijs, nec præpositionibus apponi separatim
posse. Nam barbarè dicuntur, de mane, ex
nunc, pro tunc, &c. quale est & illud Apuleia-
num, amodo. Sed vsitate dicuntur; abhinc, dehinc,
deinde, exinde, vel; dein, exin, derepente, dein-
tegro, econtrario, exaduersum.

Coniunctio.

¶ Coniunctio est, quæ priori dictioni vel sen-
tentia posteriorem annectit. De qua satis expli-
catum est in rudimentis. Sæpè coniunctiones &
aduerbia confunduntur, & ita tenui discrimine
separantur, vt quo nomine vocanda sint, inter-
dum nescias.

Præpositio.

¶ Præpositio est, quæ alijs partibus præponi-
tur, vt earum significationem, aut mutet aut com-
pleat, aut augeat, aut minuat, vel appositione, vt;
ad Deum, ad illum: vel compositione, vt; adeo,
abeo, inuideo à video, subrideo à rideo.

¶ Præ-

Præpositiones
etiã aduerbiis
in compositione
præponuntur,
vt adprimè, im-
pudenter: &
participiis, vt
inscripius.
Ponè, secus, pa-
lam & procul
sæpius aduer-
bia sunt.

¶ Præpositioni additur vel accusatiuus vel ablatiuus.

¶ Præpositiones quæ requirunt accusatiuum sunt vna & triginta: vt; ad, ante, apud, aduersus vel aduersum, cis, citra, circû, circa, contra, erga, extra, inter, intra, infra, iuxta, ob, pone, per, prope, propter, secundum, post, trans, ultra, præter, supra, circiter, vsque, versus, secus, penes: quarum Versus contra naturam præpositionum postponitur accusatiuo nominum vrbium aut regionum. Cic. Cum Brundisium versus ires ad Cæsarem. Italiam versus nauigaturus erat. Additur huic sæpè altera præpositio vel aduerbium. Cic. Ad alpes versus mihi iter incidit. Sursum versus. In quibus mihi aduerbium magis esse quàm præpositio videtur. Dicimus quoque, vsque a, & ab. Cic. Pone quos. Secus etiam accusatiuo iunctum reperitur: vt Plinius: Nascitur secus fluuios. Secus decursus aquarum seruntur salices. Sed aduerbialiter sæpius accipitur vt & ponè & palam. Cic. Cœpi secus agere, atq; initio dixerã, &c.

¶ Præpositiones sunt sexdecim, quæ ablatiuum postulant, vt; A, ab, abs, cum, coram, clam, de, e, ex, pro, præ, palam, sine, absque, tenus & procul, quarum Tenus ablatiuo postponitur, vt cauda tenus, capulo tenus. Ouidius, talo tenus. Iuuen. Crure tenus mediò. Etiam genitiuo plurali iungitur nominum ferè plurali carentium. Cicero; Illi rumores de comitijs Cumarum tenus caluerunt, id est, tantum vsque ad Cumas. Crurum tenus legitur apud Virgilium. Aurium tenus, apud Quintilianum. Celsus; Demittere se inguinibus tenus in aquam calidam. Ouidius, pectoribusque tenus. Sed hic ablatiuus pluralis rarior est. Procul etiam accusatiuo iunctum reperitur apud Liuium

Tenus.
In his etiã quæ
cum & quibus
cum postponi-
tur præpositio.

uium lib. 13. procul muros. Sed idem tamen ait, Procul mari, vt Plinius Procul Oceano. Cicero; Patria procul. Columella; Procul vero, Procul dubio, idem & Plinius & Suetonius. Clam ablatiuo iungitur, & nonnunquam accusatiuo. Cicero; Clam ijs eam vidi. Idem in Salustium; Timés ne facinora eius clam vos essent. Plautus; Clam patre. Terent. Clanculum patres in Adel. sed hoc rarum est. Quatuor sunt præpositiones, quæ recipiunt accusatiuum, vel ablatiuum: vt; In, sub, super & subter, sed diuersa ferè significatione: vt; Abijt in forum. Est in foro. Sedet in conclauis, &c. De quibus vide syntaxin.

Interiectio.

¶ Interiectionum significationes ex rudimentis repetendæ sunt. Interdum nomina pro interiectionibus ponuntur. Virg. Nauibus (infandum) amissis. Terent. Quid tua (malum) id refert? Plin. Quæ (malum) ista dementia est: indignationem significat. Quandoq; verba. Cicero: Amabo te cura. Sunt plurimæ dictiones, vt; heus, eia, en, &c. mediæ inter aduerbia & interiectiones. Græci interiectionem aduerbijs adnumerauerunt. Latini ideo separarunt, quod huiusmodi voces non statim sequantur verbum, vt ait Diomedes.

ANNOTATIONES AD INSTITUTION. LIB. SECVND.

In regulam primam generalem.

MIRARI licet, non imitari, quod Græci dicunt, τὰ ἄρρητα καὶ τὰ ἁερὰ φησι, & quod ecclesiastici conuerterunt beata Seraphim.

¶ Sensus interdum magis quàm vox ipsa spectatur, vt Eunuchus Terentiana, in quo fabula subauditur. Id tamè potest etiam proprio genere efferri,

Absque te cum
ablatiuo apud
Plaut. & Teren-
tium, & apud
hunc loco a
uerbiis repe-
tur, vt, Quam
fortunatus cae-
teris sum rebus
absque vna
hæc foret.

*Virgilius; Pon-
tus & ostriferi;
fauces tentatur
Abydi. videtur
dictum à nomi-
natio Abydi.*

efferi, Iuuenalis: Scriptus & à tergo necdum finitus Orestes. Quod est apud Lucanum, tepidum Iadir, ad flumen refertur. Et apud Cicero-
nem, Lacus Velinus in Nar desuit, dictum est pro in Narem. Adria, id est mare Adriaticum, masculino genere cognoscitur ex his verbis Horatij, Improbo iracundior Adria.

¶ In secundam. Pinaster Plinius etiam in foeminino genere usurpat. Et Columella, Seneca, & Gellius & Prudentius, in foeminino rubus. Reperitur apud Plinium in masculino suber. Apud eundem Anxur dubium est, neutrum vel masculinum. Martialis; Candidus Anxur. ¶ In primam declinationem. Absinthites masculinum figuratè neutro etiam iungitur, ut absinthites vinum, apud Plinium, absinthio conditum. Ex prisco genitio in as; exeunte retinuit vsus, paterfamilias, materfamilias, filiusfam. Et in plurali filiosfamilias apud Suetonium. Filiosfamiliarum apud Tacitum est. In secundam declinationem. Tydeus Tydei, Peleus Pelei & contractè Pelei, quomodo quidam Achyllei & Vlyssæi genitiuos contractos putant, tanquam ab antiquo nominatio; eius; finito. Androgeos quoque genitiuum Androgei facit, sed hic Androgeos huius Androgeo Virgilius Attica forma flexit. Virus, viri, viro, integrè olim singulari numero flectebatur, quod & Sosipater integrum posuit. Gibber, id est gibbosus, adiectiuum est, sed gibber substantiuum est tertie declinationis. Iuuenalis; Attritus gibbere nasus. Sequester est secundæ vel tertie declinationis. Iberus fluuius est secundæ declinat. itemque populus. Tacitus, libr. 5. Iberi locorum potentes. Iber Iberis penultima longa tertie declinationis est. Aluus apud Plinium & foeminino genere & masculino

culino reperitur, apud Celsum foeminino tantum, ut & apud Ciceronem ceterosque bonos.

¶ Habentia; ius; in genitio declinabantur olim ut adiectiua in us; & er. Terentius: Nulli consilij. & in Phormione: Hoc altera dum narrat, &c.

¶ In tertiam declinationem. In i; desinentia. Sesqui, idem est quod tantundem & semis, apud Ciceronem in appositione reperitur: In compositione frequentius est, & significat itidem dimidio maius, ut; sesquipies, id est pes & dimidium pedis: hinc sesquipedalis, sesquialter, sesquihora, sesquimensis, sesquiopus, &c. Res mancipi pro mancipij dicta videtur, à nominatio mancipium, ut; sit res mancipi, id est, res dominij. Pro seruo frugi reperitur etiam bonæ frugi seruus. In o; exeuntia. Homo foemininum epitheton recusat, nec enim dicitur vna homo. Et latro ferè masculinum est. Virgo foemininum. Cupido pro cupiditate foemininum est, quod Horatius etiam masculino genere usurpauit, ut; Maxima pars hominum decepta cupidine falso. Et Seneca; Cæcus auri cupido. Et Silius; Geminusque cupido laudis. Quod autem hic dicimus hominem epitheton foemininum recusare, id Sosipater etiã de hærede & parente scribit his verbis: Hæres, parens, homo est ex communi sexu intelligantur, tamen masculino genere semper dicuntur: nemo enim aut secundam hæredem, aut bonam parentem, aut malam hominem dixerit, sed masculinè, tamen de foemina sermo habeatur. Et citat Virgilius Aeneid. 3. Ecqua tamen puero est amissi cura parentis. Sed castigatiora exemplaria sic habent: Ecquanam puero est amissa cura parentis, ut hic non putem sicut nec in alijs multis autoritatem Sosipatri sequendam.

¶ In ar. Lar laris, Deus familiaris: Lar lartis prænomen est Tolumnij à Cossio occisi.

¶ In or. Verbalia in sor, quæ, trix, non formant, etiam foemininis iuncta leguntur, ut apud Ouid. Sponsor cōiugij dea. In Pandectis quoq; legitur, foemina impuberis agnati tutor, Et foeminae tutores. Quamobrem Sosipater scribit, ea quæ nihil quasi præcipuum (aliter precarium) per verba habent, nec ut illa quæ proficiscuntur à verbis quorum foeminina, trix, finiuntur, sua proprietate censentur, ut; viator, institor, tutor, & similia, pro communibus esse accipienda, & Auctor siquidem propterea dicitur quod augeri facit, & Auëtricem dici, quod pariter augeri possit: cum verò ad auctoritatem refertur, pro communi recipiendum. Autor etiã neutro iunctu reperitur, ut Fatis autoribus. Hic & hæc senior & hoc senius flectitur, quod quidã negat. Celsus, Seniors corpora.

¶ In is. Pulvis etiam foeminino genere à Proportio usurpatur. Dicitur & in dat. & abl. cucumi à cucumis, & in accus. cucumim. Dubia sunt anguis & canalis, sed frequentius masculina, ut & finis. At corbis magis foemininum est. Torques vel torquis vstratiùs masculinù. Sentes pluraliter in utroq; genere reperitur, sed masculino sæpiùs. Impubis & hoc impube adiectiuum genitiuum facit impuberis, & apud Virgilium, impubis Iuli: & apud Ouidium, impubibus annis.

¶ Ex. Culex etiam foemininum apud Plautum reperitur. Et cortex amara apud Virgilium. Pumex arida apud Catullum.

¶ Ix. Natrix foeminini reperitur apud Lucilium. Natrix impressit crassam & capitatam.

¶ De ablatiuo in i; desinente. Poëtica licentia reperitur interdum; pro i. Virgil. Gaudet cognomine

mine terra. Ouidius, specie cæleste resumpta, pro cælesti.

¶ Genitiuus quartæ declinat. olim desinebat in auis; & i; ut; anuis, pro anus, ornati pro ornatus, tumulti pro tumultus, & cæt. Nam veteres, teste Varrone, nullum genit. absque i; formant.

¶ Dies pro tempore incerto foemininù est: pro die certo sæpiùs est masculinum.

¶ In heterocilita. Variantia genus, ut auernus, tartarus, locus, &c.

¶ Multa variantiù tum genus tû declinationem, tum utrumque, magis abundantia videntur esse quàm variantia. Pergamus, hæc Pergama, arx Ilij. At hæc Pergamus, hoc Pergamum, vrbs Asia huc non pertinet, quia significatione distant.

¶ Cæli cælorù in sacris leguntur. Cælos apud Lucret. Veteres enim Cælus dicebant, vnde fortasse cæli cælorum, alioqui cælum singulare est, autore Sosipatro Carisso, sicut elementa, ether, aër, &c. Cic. in epist. Ille putabat te quæsiturù, num vnũ cælum esset, an innumerabilia. Certè cælum scalptorù instrumētum, plurale habet cæla. Claustrù Grammatici aiunt plurale facere claustra vel claustros, sed claustros inueniri non puto.

¶ Hic porrus legitur apud Celsum, & Palladium, hinc porri dicuntur. Addiderunt quidam Elysium, quod tamen Latini velut adiectiuum usurpant. Virg. Quamuis Elysios miretur Græcia campos. Adiecerunt & capistrum, cum tamen vix vsquam capistrum reperiantur.

¶ Nundinæ, arum, sæpiùs plurale est, ut; scalæ, lactes, grossi pro ficis. Amygdalus, arbor est, amygdalum neutrum, & foemininum, amygdala fructus est. Interpres in sacris, virum sanguinum, & ex sanguinibus ex Græco parum Latine vertit.

GRAMMAT. INSTIT. LIB. II.

¶ *Diu & interdum magis aduerbia videri possunt. Plures ablatiui interdum occurrunt: quorum tamen nominatiuos aut reliquos casus vix vsquam reperias, vt apud Tacitum; dispositu; obiectu; accitu; &c. apud Liuium armatu. Et soli datiu, diuisiu, indutui.*

¶ *Maeste vocatiuu est, a maestus, a, um, id est, magis auctus & cumulatus, in plurali vocatiuo Plinius habet maesti. Liuius aduerbialiter vsurpat: Iuberet, inquit, maeste virtute esse. Hortantis autem vox est maeste, iungiturque genitiuo vel ablatiuo. Cic. Maeste virtute esto. Martial, Maeste animi vir. Plinius; Maesti ingenio este cali interpretes.*

¶ *Vocatiuo carentia. Relatiua, &c. Horu tamen aliqua interdum vocatiuu admittere videntur, vt ipse, ille. Ouid. Ipsaque tu tellus, ipsum cum fluctibus aquor, Ipse meas aether accipe summe preces. Virgil. Esto nunc sol testis & haec mihi terra precanti. Cic. O nox illa quae tenebras artulisti. Tribus casibus pluralibus carentia. Et horum aliqua casibus his leguntur. Iurum Plautus vsurpat, Cicero pro specterum & aerum & acribus & specieru Caro. Seruius aciebus dicere. Hic pileus & pileolus, vel hoc pileum & mauuli formae pileolum, sed in plurali ferè pilea dicimus.*

Cicero pro specterum & aerum & acribus & specieru Caro. Seruius aciebus dicere. Hic pileus & pileolus, vel hoc pileum & mauuli formae pileolum, sed in plurali ferè pilea dicimus.

De comparatione.

¶ *Disissimus non fuisse tu Latinis vsitatu ostendit Cicero Philippica 13. licet eum superlatiuum vsurpent non pauci, & inter hos Liuius, Plinius, Q. Curtius, &c. Iuuenis, iunior habet. Plinius & Columella iuuenior interdum vsi sunt, sepius tamen iunior. Egregius meliusque, pro magis egregie, apud Iuuenalem est. Industrior apud Plautum.*

De pronomine.

¶ *Antiqui genitiui erant; mis, eis, sis, nostrum & vestrum, & actiue significabant, quorum tres priores*

DE ETYMOLOGIA. 90

priores iam in vsu non sunt, reliqui duo nostrum & vestrum partitiue capiuntur, vt nemo vestrum. Ipsi pro ipse comicis frequens est.

De verbo.

¶ *Impersonalia passiuæ vocis non fiunt a verbis deponentibus. Vnde non recte dicitur, quae mensura mensi fueritis, remerietur vobis. Dicendum verò: eadem vobis remerietur alij. De tempore. Futuro additur futurum perfectum, quod subiunctiuu modi est. Nam si dicas, quum coenabo, significas inter coenandum: si verò, cum coenauero, id est, perfecta coena.*

¶ *De modo. Imperatiuo modo additur futurum subiunctiuu: vt, ne dixeris, ne feceris. Obseruandum est praesens & futurum tempus a bonis autoribus sine discrimine vsurpari, vt flectendum sit ad hunc modum: In tempore praesenti & futuro: ama vel amato, amet vel amato. Pluraliter amemus, amate vel amate, ament vel amanto. Sic flectantur & alia verba. Hoc Diomedes vocat abuti personis futuri temporis loco praesentis, putatque futurum imperatiui modi recte a quibusdam mandatiuum dici, quia non vt confestim fiat imperamus, sed in futurum fieri, vt perpetuu fiat: vt; verum dicitur, id est, semper dic.*

De optatiuo modo, & subiunctiuo.

¶ *Optatiui modi tempora verbi actiui ita constituentur: In tempore praesenti & futuro, vtinam Amem, doceam, legam, audiam, sim, velim, &c. Praeterea in eodem tempore praesenti & praeterito imperfecto, vtinam; Amarem, docerem, legerem, audirem, essem, vellẽ. In praeterito perfecto, vtinam: Amauerim, docuerim, legerim, audiuerim, fuerim, voluerim. In praeterito plusquamperfecto, vtinam; amauissem, docuissem, legissem, audissem,*

audissem, fuisset, voluissem. Et in verbo passivo, tempore presenti & futuro, utinam; Amer, docear, legar, audiar. Præterea in eodem tempore presenti & præterito imperfecto, utinam; Amarer, docerer, legerer, audirer. Præterito perfecto, utinam; amatus, doctus, lectus, auditus sum vel fuerim. Plusquamperfecto, utinam; Amatus, doctus, &c. essem vel fuisset. Subiunctiuvi modi præsens tempus, amem, doceam, legam, audiam, sim, velim, idem quod Optatiui præsens & futurum. Amarem cum similibus tam optatiui, quàm subiunctiuvi modi præsens & præteritum imperfectum tempus est atque etiam potentialis modi.

De modo Potentiali.

¶ Potentialis modus habet voces optatiui modo similes, quæ declarari solent per verbum Possum aut Debeo, interdum etiam per volo. Virg. Eloquar an sileam? Quintilianus; Frangas citius quàm corrigas, quæ in prauum induruerunt: hic modus est potentialis, & secunda persona pro tertia ponitur. Tu virgo hoc dicas? Quis crederet mendaci? Peccaueris sanè, sed semel. Nemo sic dixisset. Nunquàm inhonestum ab amico rogauero.

De infinitiuo modo.

¶ Amatum ire & amaturum esse differunt: illud præsentis temporis est, hoc futuri. Terent. Cur te is perditum? Liuius; Vitam tuam perditum ire properat, id est perdere. Et cum dico, Scio te cœnaturum ire, præsens actus eundi significatur, cœnandi actum mox futuro. At cum dico, Scio te cœnaturum esse, solum actionis tempus futurum significatur, ut cum te mane scio cœnaturum esse, non continuo te cœnaturum ire credo. Sic igitur infinitiuvi modi tempora constituentur, præsens, amare vel amatum ire. Præteritum, amauisse vel amatum iuisse.

iuisse. Futurum, amaturum esse: nam amaturum fuisse præteritum potius est. legitur & amaturum fore, pro amaturum esse. Futurum infinitiuvi passiuvi, amatum iri, nihil videtur significatione differre ab amandum esse, nisi quod illud à genere & numero liberum sit, hoc verò cum substantiuo consentire debeat, ut; Amatum iri fratrem, fororem, &c. sed amandum esse fratrem, amandam fororem, &c. Iri futuro ablatiuus passiuorum casus additus reperitur. Cicero ad Attic. lib. 15. Bruttum, ut scribis, visum iri à me puto. Sed hæc futuri passiuvi circuitio, amatum iri cum similibus interdum præsentis temporis esse videtur, ut idem sit amari & amatum iri præsentis temporis, amatum esse vel fuisse præteriti: amatum iri vel amandum esse, vel fore, futuri.

Prima coniugatio.

¶ Horatius à sono, sonaturum, & inonata à tono dixit. Et Lucanus; Constatura fides, pro constituta: quomodo præstaturus apud Cic. pro prestiturus reperitur.

¶ Persius verauit, pro quo dicimus vetuit. Et Manilius iuuauit & resonauit, pro quo dicendum est, iuuuit & resonauit. Resauit à Propertio. Et personauit ac supercubauit ab Apuleio dicta, non imitanda sunt.

¶ A dimico, dimicui reperitur apud Ouidium à Amorum.

¶ A lauo, Terentius & Horatius dixerunt lauatum pro lotum vel lautum: unde sunt lauaturus & lauatio. Olim etiam dictum est lauere. A iuuo Salustius vsurpauit iuuaturus. A domo domator Tibullus abutitur, pro domitor.

¶ Poto habet potum. Hinc verbale; potio: sed à potatum potatio. Incubare, incubui, incubitum:

Reperitur apud Plinium, incubauere.

¶ Ab applico Cicero applicaui, & applicui, & applicatus. Sic implico, aui, & ui, atum, & itum. Explico, aui, atum, & ui, itum, Ab applico Plinius applicitum est, inquit; cubiculo hypocaustum perexiguum.

¶ Secundi ordinis verbum Soleo nullum habet futurum, quia vim habet præteriti, nec potest aliquis futuris consuesse, ut ait Sospater.

¶ A verbo tertie coniugationis Sapi præteritum sapij, contractum est ex sapiui apud Martialem: Nubere vis Prisco, non miror Paula, sapisti. Cernere hereditatem, pro adire, facit; creui, cretum. Cicero: Creui hereditatem, id est, adij. Hinc cretio, solennitas, quæ adhibebatur in aduendis hereditatibus. Accerso & accersio quartæ coniugationis est apud Liuium, Salust. & Plautum.

¶ Lacesiri passuum quarti ordinis est apud Columellam lib. 9.

¶ A capeffo Diomedes capeffum facit supinum: Priscianus capeffitum.

¶ A faceffo præteritum faceffi posuit Priscian. Apud Cic. supinum est faceffitum penult. longa.

¶ Pecto pexui vel pexi pexum. Quod reperitur apud Columellam, pectita tellus & pectita lanæ, durius est.

¶ Sisto actiuum Priscianus non putat habere præteritum, sed habere stiti; multis exemplis probari potest. Paulus Iuriconsultus: Ita stipulatus sum, inquit, te sisti certo in loco, si non stiteris, &c. Et à supiuo statum idem ait, licet vnus status non sit, & omnes status non esse. Hinc status dies, Iupiter stator.

¶ De quarta coniugatione. Huius ordinis, verba in præteritis vstitiis per syncopam esseruntur, ut

ut adeo, adij, adisti, &c. adissem, adisse, &c. Reperitur comperior pro comperio apud Salustium in Iugurtha. Non dicimus tamen actiue comperitus sum, sed comperi, ut à diuertor diuerti. Morior olim etiam quarti ordinis fuit. Efferuntur vstitatè quædam alia per; o; & or; eadem significatione apud Ciceronem, ut; Assentio assenti, Assentior assensus sum. Impertio impertiui, & Impertior, impertitus sum. Fabricor & fabrico. Mereor, merui, & mereor meritus sum. Muneror & munero, & alia nonnulla apud alios.

¶ Ferio teste Diomede præterito & supino caret, quæ tamen Sospater facit; ferij feritum. Ego malim ea, quæ desiderantur, ab alio verbo sumi, quod in alijs quoque facere licebit, ut; à Vescor pastus sum, ab arguor conuictus sum, à reminiscor recordatus sum, &c. Et ipse Sospater de verbis quæ perfectum mutant, ita scribit, ferio percussi, meo minxi, &c.

¶ Veteres qualibet verba quartæ coniugationis flectebant per; ibo, ibis, ibit, &c. ut; scibo, scibis, pro sciam, scies, & apud Plautum mentibor pro mentiar, quæ nunc in vsu esse desierunt: præter, eo, quod habet; ibam, ibo, &c. & nequibam, & apud Plautum, venibo, venibunt, venibât, &c. Leguntur & in; iet, præteriet, pro; inibit, præteribit, & apud Tibullum, tranfiet ætas, pro pertianfbit, quod non est temere imitandum.

¶ De defectiuus, lucefcit, & aduelperscic, carent præteritis, &c.

Participium.

¶ Participia fiunt nomina, cum vel alium quàm verbi sui casum recipiunt, ut; alieni appetens: vel aliam habent compositionem, ut; indoctus, innocens: vel cum comparantur, ut; amans, amantior, aman-

GRAMMAT. INSTIT. LIB. II.

amantissimus tui: vel cum tempus significare desiderunt, ut; vir laudatus pro laudabili, amandus pro eo qui dignus amore est. Participia in: rus; futuri temporis verbis interdum iunguntur, ut; quascunque causas erit acturus. Cic. Et ipso die quo venturus ero. Et te ad me fore venturum. Significant etiam participia in: dus; praesens tempus. Cic. Orationem Latinam legedis nostris efficies profecto pleniorum, id est, dum nostra legis. Passiva quorum nulla in actiuis exant supina, carent praeterito, & futurum duntaxat in: dus; gignunt, ut; timendus. Neutra, quorum tertiae personae passivae sumuntur, passiva etiam participia facere videntur, ut; laboratus & laboratus, decursum spacium, vigilatae noctes, dolendus & carendus ab Ouidio dicuntur: a Virgilio, volendus: & similia, quae figurata a poetis Seruius negat esse participia, quod a verbo originem non habeant.

Aduerbum.

De aduerbiorum comparatione illud annotandum est, superlatiuum gradum in: e; finiri: ut; docte doctius doctissime, non autem in: um, nisi forte poetice: ut; sit nomen pro aduerbio. Excipiuntur tamen paucula, ut; potissimum, plurimum, non plurime & raro potissime: minimum & minime, sed in sensu diuerso. Primum, vltimum, postremum, supremum, & siqua sunt eiusmodi aduerbia sunt ordinis.

¶ *Finis Institutionum Grammaticarum libri secundi De Etymologia seu Analogia.*

CORNELII

VALERII ULTRAIECTI
NI GRAMMATICARVM
INSTITVTIONVM.
LIBER III.

De Syntaxi, & recta partium orationis
consecutione,

*Præcepta maxime necessaria de coniungendarum
dictionum ratione continens, ad usitatum pro-
batissimorum linguae Latinae autorum sermonem
perpensa diligenter & iudicata.*



ANTVERPIÆ,
Apud Christophorum Plantinum,
ANNO M. D. LXII.
CVM PRIVILEGIO.

Duplex est dictionū in consecutione ratio. Nam dicuntur alia.

- Cócor-dare {
 - Adiectiuum & Substantiuum.
 - Antecedens & Relatiuum.
 - Nominatiuus & uerbum personale.
 - Interrogatio & Responso.
 - Substātiua duo rē eandē significātia.
- Nomen {
 - Substan- Genitiuum & Ablatiuum.
 - tiuum
 - Adiecti- Genitiuum
 - uum Accusatiuum
 - Ablatiuum.
- Pro-nomē-positū {
 - Sub- Geniti- in re lau-
 - stan- uū Ab- data, vel vi-
 - tiuē latiū tuperata.
 - Adie- Genitiuum
 - ctiuē Datiuum, ut idem.
- Regere. Septem sunt partes orationis quæ regunt {
 - Verbū {
 - Ante Finiti modi, nomi-
 - se Infiniti modi, accu-
 - per- fatiuum.
 - onale. Post Nominatiuū, Geni-
 - se tiuū, Datiuū, Accu-
 - satiuū, Ablatiuum.
 - Impersonalium consecutio suis locis interijcitur.
 - Participium, Supinum & Gerundium post se casum sui uerbi.
 - Aduer- Genitiuum, Datiuum.
 - bium Accusatiuum, Ablatiuum.
 - Præ- Accusati- Nomen, Prono-
 - posi- uum men, & Partici-
 - tio Ablatiuū pium reguntur.
 - Inter- Nominatiuū Coniunctio
 - iectio Datiuum nec regit nec
 - Accusatiuū regitur.

Q V I D

Q V I D S Y N T A X I S ?

SYNTAXIS (quæ constructio vulgò & Latine consecutio dicitur) est recta partium orationis, hoc est, simplicium uerborum coniunctio, quam Grammatici in veterum scriptorum probatissimorum libris obseruauerunt. *Orationis id est integra sententia quæ ex dictionibus constat.* Partes sunt octo, quatuor declinabiles, & totidem indeclinabiles. Inter has principes sunt nomen & uerbum, quod hæc uel solæ integram sententiam absoluât: reliquæ nomini & uerbo accedant. [Repetentur huc ea quoque præcepta iisdem prope uerbis, quæ sunt à nobis in rudimentis explicata, ne uerborum uarietate, puerorū imbecilla & uaga memoria distrahat. Sed antequam præcepta syntaxeos eo quem tenere decreuimus ordine tradamus, generales aliquot regulæ pueris hæc proponendæ sunt, uelut hæc: Quem casum numerus singularis habet, eundem recipit & pluralis, ut; Diues agris, & diuites agris, &c. Et, quem casum nominatiuus postulat, eundem omnes obliqui requirunt, ut; filius, liij, lio, lium, li, lio, filij, orum, ijs, ios, o filij regis. Quem casum positiuus exigit, eundem & comparatiuus & superlatiuus uolunt, ut; Amans, amantior, amantissimus, tui. Quæ casum recipit indicatiuus, eundem admittunt & reliqui modi, ut; amo, ama, amarem, amem, amare Deum, &c. Qui casus uerbo actiuo tribuuntur, iisdem & passiuo adiungi possunt, excepto accusatiuo rei patientis, ut; Duas horas uel; duabus horis librum legi. Liber legitur, lectus est, aut legendus duas horas uel; duabus. Magno librum emi, magno liber emptus, pluris est reuenditus, &c.

Regule generales.

Duplex est syntaxis.

Ordo huius libri.

¶ Consecutionis in coniunctione dictionum ratio duplex est. Nam alia concordare, seu convenire dicuntur: alia regere. [In quibus explicandis hunc servabimus ordinem, ut concordantium regulas primum tradamus, deinde regentium, sequentes ordinem partium orationis, & in his casuum. Omitteremus antiquatas & iam obsoletas syntaxes, quale est illud Plautinum: Quid tibi hanc digito tactio est? Id anus mihi indicium fecit. Absine irarum, Absente nobis, Praesente legaris. Vitabundus castra hostium. Populabundus agros, & similia, de quibus praeceptores diligenter in optimorum scriptorum enarratione pueros admonebunt.]

De convenientia seu congruentia.

Caput primum.

¶ Congruunt autem in genere, numero, casu, vel persona.

Prima concordantium Regula.

Substantivum & adiectivum inter se consentiunt eodem genere, numero & casu. Orandum est, ut sit mens sana in corpore sano. Mali corui malum ovum. Animus est ingeneratus a Deo. Boni mores. Pernicies homini quae pessima? solus homo alter. In his: Mors est malum, Triste lupo, adiectiva substantivorum loco ponuntur, pro re mala, re tristi, &c. & ad quintam concordantium regulam pertinent. Ad hunc modum coherent, praenomen, nomen & cognomen, ut M. Tullius Cicero. P. Cornelius, Scipio Africanus. Pro eo, quod vulgo diceretur, Ioannes Franciscus de Rennenberch, rectius dicendum est, Ioannes Franciscus Rennenbergius. Quod si quid commodè Africanus, sed pro agrumine scriptores cognomine sapienter utuntur. ad

*Ovid. Turpe se-
nex miles, tur-
pe senilis amor
id est, res iuris
Praenomen dis-
criminis est, ut
Publius: Nomen
gentis & fami-
liae, ut; Corne-
lius: Cognomen
& agnomē ab
eventu impeli-
tum, ut; Scipio
Africanus, sed pro agrumine scriptores cognomine sapienter utuntur.*

ad hanc formam detorqueri non potest; a; praepositione utendum est, non de; ut; Ioannes Franciscus a Rennenberch. [Ut possumus & e; vel ex; volentes alicuius natale solum significare. Plautus: Philocrates ex Aulide. Et; Unde eam esse aiunt; ex Samo. Terent. Est e Corintho haec anus. Caesar: Equites Romani, cccc. & a Placentia. c. Liuius lib. 1. Turnus Herdonius ab Aricia.]

Annotatio prima.

¶ Interdum adiectivum, cum sunt plura substantiva in una oratione, tribuitur digniori generi per syllepsin. [Masculinum genus censetur dignius foemino & neutro] ut; pater & mater sunt amantissimi, quos inbemur honorare.

Syllepsis seu conceptio, de qua in annotationibus huius libelli adieclis.

Annotatio secunda.

¶ Sed rebus inanimatis additur plurale neutrum, ut; caelum & terra sunt a Deo condita. Duobus tamen eiusdem generis substantivis adijci potest etiam plurale simile: ut; codex & culter meus sunt amantissimi, quos nondum recuperavi.

Annotatio tertia.

¶ Saepè etiam adiectivum, cum sunt plura substantiva, propiori tribuitur per Zeugma, ut; sanus animus & bona valetudo expetenda est: Sed hic non una est oratio.

Zeugma de quo in annotationibus.

Annotatio quarta.

¶ Adiectivum participiale verbi substantivi, vocativi, aut similem vim habentis, interiectum duobus substantivis diversis, cum priore consentit: postpositam verò cum utrolibet, ut; Pecunia dicta est neruus belli. Liuius: Ludos Megalesia appellatos, vel; appellata. Idem; Genus universa Veneti appellati.

GRAMMAT. INSTIT. LIB. III.

Annotatio quinta.

¶ Interdum de genere non bene convenit inter adiectivum & substantivum, vt apud Terentium, illic scelus pro; scelerato, & Vt illum dij deæque senium perdant, pro; sene. Interdum non satis de numero convenit, Salust. Maxima pars vulnerati, de quibus infra dicemus, in annotationibus de Synthesi.

Secunda concordantium regula.

¶ Relativum & antecedens inter se congruunt in eodem genere, numero & persona: vt; lucundissima voluptas est, quam commendat rarior vsu. Literæ quas ad senatum dedisti, publicè recitatae sunt: Vel eodem casu præcedente relativo. Cicero; Quas literas ad senatum dedisti, &c. Sed antiptosis est: Eunuchum, quem dedisti nobis, quas turbas dedit. Et; Urbem, quam statuo, vestra est, &c. pro; Eunuchus & vrbs. Per antiptosim casus pro casu ponitur, quæ figura tantum authoritate nititur. Interdum relativum neutro genere totam orationem refert, vt; Sapiens suis rebus contentus est, quod est proprium diuitiarum. Terentius; Et quod beatum isti putant, vxorem nunquam habui.

Præcedente] Sed alteri vsu ratius est. Interdum eodẽ casu relativo sequente. Terent. Populo vt placerent quas fecisset fabulas. Antiptosis.

Annotatio prima.

¶ Relativum; qui, quæ, quod, verbo substantiuo aut vocatiuo coninnetũ si locatum sit inter duos casus genere diuersos, cum vtrius convenire potest. Ovidius; Vnus erat toto naturæ vultus in orbe, quem dixere chaos. Cic. Propius à terra Iovis stella fertur, quæ Phaëton dicitur. Idem; Concilia cœtusq; hominum, quæ ciuitates appellantur. Et; His animus datus est ex illis sempiternis ignibus, quæ sidera & stellas vocatis.

Anno-

DE SYNTAXI.

Annotatio secunda.

¶ Hæc regula intelligitur de pronominalibus; qui, quæ, quod, sui, is, & alijs quibusdã, quæ substantiæ relativa dicuntur, quod antecedens substantivum referant. Nominalia; qualis, quantus, cuius, cuias, & similia, quæ accidentis appellantur, quod antecedens adiectivum referant, semper cum posteriore conveniunt: vt; Quales mores sunt, talis est oratio.

De pronominalibus intelligenda est convenientia relativi & antecedentis.

Tertia concordantium regula.

Nominativus & verbum personale finiti modi [siue suppositum & appositum] coniunguntur in eodem numero & persona: vt; Virtus laudatur. Nominativus hic sæpè non exprimitur, sed intelligitur in verbis primæ & secundæ personæ, vt; fecisti, non feci. Exprimitur autem vel discernendi causa, vel significantius dicendi: vt; Id ego facile curauero, tu non possis. Si vales, bene est, ego quidem valeo. Terent. Quid tu tibi vis? Ego non tangam meam? Dico ego mihi fieri insidias. Hoc modo conveniunt & vocatiuus (qui secundæ personæ est) & verbum: vt; Disce puer virtutem, & discite pueri. Sæpè autem vocatiuus absolute ponitur.

Convenientia vocatiui & verbi.

Annotatio.

¶ Duo singularia vel plura copulativa coniunctione sociata [& interdum vox collectiva] pluralis vim habent: vt; Cicero & C. Cæsar optimi sunt linguæ Latinæ authores. Furor iraque mentem præcipitant. Livijs; Sui quisque tempore adierunt. Sed disunctiva coniunctione sociatis additur verbum vel adiectivum singulare: vt; Quis tibi aut propinquus aut amicus auxilio esse possit?

0 4

Obfer-

*Observatio prima.**Syllepsis personarum quam vocant conceptionem.**Zeugma per verbum.*

¶ Observandum est, primam personam digniorem seu præstantiorem dici secunda & tertia, & secundam tertia, verbumque plurale tribui personæ digniori per syllepsin, vt; Ego & tu disputabimus. Cicero ad Terentiam: Si tu & Tullia lux nostra valetis, ego & suauissimus Cicero valemus. Interdum viciniore tribuitur verbū per zeugmaf vt; Non ego te, sed tu maledictis me lacefisti. Non imagines, sed virtus clarum facit.

Observatio altera.

¶ Verbum substantiuum duobus nominatiuis numeri diuersi interpositum, priori sæpius congruet; præpositum verò vel postpositum, frequentius viciniore: vt; Literæ sunt vera studiosorum voluptas. Artes optimum viaticum est. Ouidius; Omnia pontus erat. [Dicitur in proxima regula; sæpius: aliter enim reperitur interdum. Ouidius; Sanguis erant lachrymæ. Dicitur deinde, frequentius. Nam ita Linius; Captiui militum præda fuerunt.]

Quarta regula.

¶ Interrogatio & responsio conueniunt inter se de solo casu: vt; Quis dives? qui nil cupiat. Quis pauper? auarus. Terentius; Quid meritis es? crucem. Quod si tribuatur dictioni diuersos exigenti casus, ipsa esse diuersa possunt: vt; Quanti librū emisti? denario. Cuius est penna? mea. Cuius interest? tua, &c. Cuium puerum adduxisti? meum, tuum, Pamphili; [Sæpe verbo respondetur: vt; Quid agitur? statim. Curasti? curavi. Vitumur & adverbio; etiam. Cicero; Aut etiam aut non respondere possit. Interdum interrogationi subijcitur, sic est, ita est.]

*Quinta**Quinta regula.*

¶ Duo nomina substantiua ad eandem rem pertinentia coniunguntur in eodem casu per epexegetin quam vocant appositionem: vt; Anna foror. Etfodiuntur opes iritamenta malorum. Archias ciuis. Vrbs Roma. Vrbs Athenæ. Passer delicia mea; puella. Arborigenes genus hominum agreste. Quid meruere, bones animal sine fraude doloque?

Epexegetis, vulgo Appositio dicitur, quum substantiuo vel causa aliud adiungitur circa copulam.

Annotatio.

¶ In appositione, si inter duo substantiua ponitur verbum substantiuum sensu vero non potest, appositio fieri nequit, vt; tunica pallium. Quamobrem huc recte possint referri verborum substantiuorum, vocatiuorum, & similem vim habentium similes casus, quos vtrinque postulant: vt; Cicero est Latinæ elegantia author. Cicero dictus pater patriæ.

¶ DE SYNTAXI FORVM QVAE vulgo regere dicuntur.

*De substantiuis recipientibus genitiuum.**Caput secundum.**Prima regula.*

¶ Substantiuo nomini adiungitur alterum substantiuum diuersum in genitiuo qui significat aut; possessionem, aut; mensuram, aut; numerum, aut; relationem ad aliquid. Possessionem, vt; Ciceronis opus, Domus Consulis. Mensuram, vt; Modius tritici, Cyathus vini, Vlna panni, Numerum, vt; Tria millia equitum, Mina argenti. Relationem ad aliquid, vt; Priamus Hectoris pater, Amicus Caesaris, Rector Thebarum, Rex hominumque

numque Deumq; . Purgatio alui, Dentis evulsio, Tegmen fagi, Troiani belli scriptor . Sic iunguntur alia quoq; verbalia substantiua actiua significationis: vt; Persecutor malorum. Expultrix vitiorum Philosophia . Genitiuus hic effertur etiã per adiectiuum possessiuum: vt; Euandrius ensis, pro ensis Euandri. Ad hunc modum pronomina primitiua substantiue ponuntur: vt; Illius arma. Præcedens substantiuum interdum reticetur. Terent. Vbi ad Dianæ veneris. s. ædem , Castra aberant bidui. s. itinere.

Observatio prima.

Genitiui pronominum; mei, tui, sui, nostri, & vestri, passiuè accipiuntur, & his nominibus alijque quibusdam adiunguntur: cura, sollicitudo, memoria, copia, potestas, dolor, amor, satietas, fastidium, desiderium, despectus, studiũ, imago, fama. Cic. Grata est memoria nostri tua . Et quæ partem significant: vt; dimidium, pars, nihil, aliquid, multum, reliquum, plurimum, mei, tui, sui, & c. Cura vestri quæ de vobis suscipitur, sed cura vestra quã vos suscipitis. Olim actiuè tantũ capiebantur, mis, tis, sis, nostrum, vestrum, quorum loco nunc possessiua usurpantur, meus, tuus, suus, noster, vester, quæ substantiuis omnibus adiungi possunt.

Causa tuatum dicitur, nõ causa tui.

Observatio altera.

Quædã adiectiua substantiue posita, vt; multum, minimum, tantum, quantum, quid, aliquid, nihil, paulum, paululum, exiguum, & quædã alia genitiuo iunguntur: vt; Multum laboris. Et mediũ noctis, pro; media nocte: profundum maris: obscurum noctis. Terent. Dimidium minæ in sumptum dedit. Cic. Tibi autem idem consilij do.

Obfer-

Observatio tertia.

Propria nomina cum genitiuo non coniunguntur: quodd si cum eo coniuncta inueniantur, subauditur nomen appellatiuum: vt; Deiphobe Glauci, subauditur filia. Hæctoris Andromache, intelligitur vxor.

Secunda regula.

Substantiua que genitiuum vel ablatiuum recipiunt.

NOMEN substantiuum admittit genitiuum vel ablatiuum significantem rei partem aut proprietatem, adiectiuo parti adjuncto, quod laudẽ vel vituperationem exprimat. Iuuenal. Ingenui vultus puer, ingenuiq; pudoris. Est adolescentens modesto vultu ac venusto. Dicitur etiam: Vir imbecillus valetudine. Aeger pedibus. Sed æger pedes, Synecdoche est, Græca figura, Poëtis vsitata, & interdum Historicis.

Verbum substantiuum recipit etiam genitiuum vel ablatiuum in re laudata vel vituperata: vt; Est puer indolis bonæ, Eximia forma puer, Tenui valetudine.

Adiectiua requirentia genitiuum.

Caput tertium.

Regula prima.

NOMINA adiectiua à verbis actiuis deducta recipiunt genitiuũ eius rei, in qua verba requirunt ferè accusatiuum: & sunt ea, potissimũ quæ vel ens, vel ax, vel idus, vel ius, rus, ofus, tus, finiuntur, vt; Cic. Prudens impendentium malorum. Sitiens virtutis. Tempus edax rerum. Cupidus laudis. Timidus procellæ. Mens sibi conscia recti. Anxius fati. Studiosi literarum multa passim adiectiua reperient genitiuo iuncta: veluti, apud Ciceronem.

Adiectiua multa genitiuum recipiunt. Linacem congestum, sed vsitatio-ribus semper vtendum est, et quæ sunt Orationibus & Historicis quàm Poëtis familiaria.

Ciceronem: Peritus & imperitus rerum, Infuetus contumeliæ. Rudis, memor, immemor, audus, &c. Avarus laudis, Horat. Compos mentis, Cic. impos animi. Plaut. æmulus, expers, participes, gnarus, ignarus, prodigus, integer, prudens, imprudens, studiosus, inscius, nescius, certus, incertus, cæcus, inops, securus, maturus, Amens animi. Voti seu facti reus, &c. Et ex participijs facta nomina: vt; Vini abstinentissimus, Fugiens litium, Patiens inediæ, Præstans animi, Consultus iuris, Indoctus pilæ, &c.

Regula secunda.

Distiones partitiae sunt quæ particularia, interrogatiua, numeralia, comparatiua, superlatiua & pronomina, iunguntur generis, vt; quisque, vel vnum ex pluribus, vt, alter. Comparatiuus & his quæ sui generis, & his quæ alterius sunt, comparatur, vt; equus velocior equo dicitur, qui eiusdem generis est item velocior cane, qui alterius generis est.

¶ Adiectiua partitiua, vt; signa generalia, & particularia, interrogatiua, numeralia, comparatiua, superlatiua & pronomina, iunguntur generis: vt; Nullus hominum, nulla bestiarum, alter cõsulum, quis eorum? quilibet vestrum. Terent. Nunquam cuiquã nostrum verbum fecit. Ouidius; Quisquis fuit ille deorum. Cic. Quotus enim quisque philosophorum inuenitur, qui sit ita moratus, vt ratio postulat? Vnus omnium. Sola auium. Sapientum octauus. Fortior mahuum. Fortissimus Græcorum Achilles: Troianorum Hector. Comparatiuus de duobus ferè, Superlatiuus de omnibus sui generis dicitur. Sæpe tamen etiam comparatiuus de pluribus dicitur. Plinius; Apum adolescentiores ad opera exeunt. Diligentiores poetarum. Collectiua, & nomen reru, non conueniunt sæpe cum adiectiuo de genere: vt; Prudentissimus ciuitatis. Optime rerum [Plinius: Villosissimus animalium lupus. Et de Chameleonte loquens, Solus animalium. Interdum pro genitiuo vtimur vel ablatiuo cum præpositione; ex, de, in; vel; accusatiuo cum inter:

inter: vt; Soli Philosophorum vel ex Philosophis. Aliquis nostrum vel; de nobis. Nullus eorum vel inter eos. Doctissimus omnium vel inter omnes.)

Annotatio.

¶ De adiectiuis quibusdam genitiuum admittentibus vide sub capite 7. regulam tertiam.

Adiectiua quæ recipiunt datiuum.

Caput quartum.

Regula prima.

¶ Adiectiua significantia commodum vel incommodum, gratum vel odiosum, itemque ea quæ notant similitudinem, amicitiam, vel inimicitiam, æqualitatem, vicinitatem, & quæ ex con; præpositione componuntur, datiuo iunguntur: vt; charus, gratus, iucundus, commodus, incommodus, vtilis, inutilis, molestus, grauis, insensus, infestus, inimicus, æqualis, æquus, iniquus, contrarius, propinquus, vicinus, cognatus, & cæt. vt; Grata sunt omnibus munera. Contrarius mundo cursus planetarum est, &c. Quædam genitiuum vel datiuum admittunt: vt; par, similis, dissimilis, consimilis, germanus, communis, proprius, affinis, socius, amicus, &c. [Virgil. Quem metuis par huius erat. Et; Par lenibus ventis, volucrisq; simillima somno. Cic. dispar sui. Plin. Quia tribus impar erat. Quædam etiam accusatiuo iunguntur cum præpositione: vt; vtilis, idoneus, aptus, ineptus ad rem militarem, ad literas, &c. Dissimiles inter sese. Dispares inter se motus. Quædam ablatiuo: vt; Alienum est à more nostro, dignitate, &c. Et; Alieno est à nobis animo. Alienus a nobis. Et; Alienum causæ. Hoc mihi tecum est commune. Et; Mors omni ætati communis est.

Huc pertinent ea, quæ cõ aliquo conferuntur. Cõt. Cum sibi illum consulem esse negaret, cui senator ipse non esset.

Proprius genitiuo iungitur, nisi quod mihi & nobis proprium dicitur.

Secunda

Secunda regula adiectiuorum.

*Participia in
dus, futurum
tempus signifi-
cant.*

¶ Verbalia inibilis; & participialia in dus; passiuè significantia, à verbis actiuis deducta, datiuum recipiunt: vt; Amabilis omnibus: honorandus, colendus pater filio. Horat. Multis ille quidè flebilis occidit. Linius; Silex impenetrabilis ferro. Exofus & perofus accusatiuum sepiùs admittunt actiuè exposita: vt; Exofus bella, segnitiam, exiliù longum perofus, lucem perofus. [Passiuè Gellius dixit: dijs exofos, & Suetonius: populo Romano perofus sunt.]

Adiectiua que admittunt accusatiuum.

Caput quintum.

Prima regula.

¶ Adiectiua, quibus dimensio significatur, mensuram certam recipiunt in accusatiuo: vt; latus, longus, crassus, profundus pedem vnum & sesquipedem, pedes duos, &c. vel in ablatiuo: vt; Fundamenta alta pedibus quinque. Lata pedibus tribus. Plinius; Longum sesquipedem; Latum pedem.

¶ Verba quoque mensuram vel spatium significantia, admittunt ipsam interuallum in accusatiuo: vt; Dic quibus in terris pateat tres vlnas celi spatium. Cicero; Nunquam à te pedem discessi: Digitum non discedam, transuersum vnguem. Plautus; Si tu Hercle ex istoc loco digitum transuersum aut vnguem latum excefferis. Lucretius; Digitum non altior vnum. [Abest vel distat hoc oppidum ab illo, iter vnus diei, iter bidui, sex milia passuum. Cæsar: Cum tridui viam processisset. Eclipticæ Cicero dixit: à quibus aberam bidui, scilicet iter.] Interdum in ablatiuo. Linius; Romana castra viginti milium spatio aberant. Virg. Nec longis inter se passibus absunt. Ablatiuo

*Pedem non
discedam.*

tuo vtendum est, cum quid in loco factum esse dicimus: veluti, Quarto ab vrbe lapide.

Secunda regula.

¶ Adiectiua de toto dicta, & de parte tantum intellecta, recipiunt ipsam partem in accusatiuo. Virg. Os humerosque Deo similis. Nuda genu. Flauus cæsariem vulgò synecdoche dicitur. Dicendi genus est Græcis familiare, & poëtis Latinis vsitatum, rariùs historicis. [Virgi. Cætera Grauius. Horat. Excepto quod non simul esses, cætera lætus. Pomponius Mela: Sarmatæ totum brachati corpus, & nisi qua vident ora vestiti.] Fit hoc genus etiam per verba absoluta & passiuè & participia: vt; Rubet faciem. Virgilius; Expleri mentem nequit. Id vsitè diceretur; Explere mentem nequit. Horatius; Peruncti fecibus ora. Et; Miles multo iam fractus membra labore; id est, fractis membris. Ablatiuus vsitator est: vt; Pedibus æger. Crine ruber. [Item, Ardens oculis. Lingua factiosus. Iners opera, Fuscus colore, & cæt. Castus moribus, Tardus incessu, &c. Reperitur etiam genitiuus, & id Græcè: vt; Pender animi. Discrucior animi.]

*Ablatiuus locti
dicimus: veluti,
Quarto ab vrbe
lapide.
Synecdoche di-
citur, cum pars
in accusatiuo
iungitur adie-
ctiua vel ver-
bo: sicut, cum id
quod partis est,
attribuitur toti.*

Substantiua que ablatiuum admittunt,

& similia adiectiua.

Caput sextum.

¶ Ablatiuo quidam vtuntur, quorum est Nonius Marcellus, in citandis autoribus: vt; Teretius Eunuchus, Plautus Amphitryone, Virgilius Aeneide. Substantiuus interdum additur ablatiuus causæ efficientis, seu formæ, seu modi: vt; Natura pater, Nomine Petrus, Natione Germanus, Titulo doctor, &c. Virg. Nascetur pulchra Troianus origine Cæsar. Carolus Dei gratia Romanorum Rex

GRAMMAT. INSTIT. LIB. III.

Rex & Imperator, Et si qua sunt alia nunc ad eundem modum introducta. Dicimus etiam, Decem numero, & decimus ordine. Et; Andria genere. Syrus natione. [Illud Virgilianum; Cressa genus Pholoe, lib. 5. & Qui genus, vnde domo; lib. 8. ad precedentem regulam pertinent.]

Adiectiua quæ requirunt ablatiuum.

Caput septimum.

Prima regula.

Res superata dicitur minor seu inferior. Exponitur hic ablatiuus, etiam interdum per ac, Cicero; Atibi videtur diuinius abfuturus ac vellem.

¶ Comparatio additur ablatiuus rei superatæ seu inferioris: vt; Vilius argentum est auro, virtutibus aurum. Plato maior est Aristotele, id est, quam Aristoteles. Nam exponitur hic ablatiuus per; quam, coniunctionem, qua sæpè scriptores vtuntur: vt; Ille toto pede longior est, quam quis longissimus. Comparatio fit ab vno ad alterum, vel ad plures generis diuersi, vel etiam eiusdem generis. Equus alius alio celerior. Cernuus equo velocior est, Fabius lib. 8. Hoc in certamine puer quidam audentior cæteris. Martial. lib. 10. Natalis mihi Martiæ Kalendæ, Lux formosior omnibus Kalendis.

Secunda regula.

¶ Nomina adiectiua, vel verba vim comparationis habentia, admittunt ablatiuum qui speciem vel modum quo fit comparatio, significat: vt; Toto pede me longior est, crassior palmo. Eloquentia omnibus antecellit Cicero. [Homo ratione bestiis præstat. Comparatiua, quæ maximè huc pertinent, augentur his particulis: tantò, quantò, multò, paulò, longè, &c. Superlatiua quoq; nonnullis: vt, multò, longè, quàm, facillè, vt & ita, pro tantò & quantò. Cicero; Quantò maior es, tantò

re

DE SYNTAXI.

101

te geras summissiùs. Idem; Virum vnum totius Græciæ facillè doctissimùm Platonem. Quàm subtilissimè persequi, &c.]

Tertia regula.

¶ Adiectiua abundantiam vel inopiam significantia, cum ablatiuo iunguntur: vt; Plenus, diues, locuples, refertus, confertus, fœcundus, fœtus, grauis, grauidus, onustus, repletus, vacuus, inanis, viduus, castus, orbis, exhaustus: vt; Grauis gre. Vrbs opibus referta. Vacuus molestijs. Diues copijs. Fide plenus. Horum nonnulla genitiuum etiam admittunt: vt; Plenus rimarum. Cic. Omnia pulchra, honesta, & plena gaudiorum. Vir plenus officij. Diues copijs. Diues opum: Vrbs referta optimatum: Vacuus curis. Vacuus frugum. Et; Vacuus à periculo, &c. Inanis aliqua re vtili epistola. Inanis prudentiæ. Inops verbis. Non inops humanitatis. Cice. Maeste pro magis aucte, particula exhortandi coniungitur cum virtute. Cice. Maeste virtute.

Quarta regula.

¶ Multa adiectiua recipere possunt ablatiuum causæ efficientis, vel modi: vt; Pallidus morte. Tardus senio. Loquacitate molestus, &c.

¶ Dignus, indignus, cinctus, armatus, fretus, ornatus, præditus, captus, contentus, & si qua sunt similia, requirunt ablatiuum: vt; Dignus vel indignus laude, seu, qui laudetur. Cinctus gladio, &c.

Opus.

¶ Opus esse, id est, necessarium esse, cum datiuo & ablatiuo iungitur: vt; Consilio tuo nobis opus est, non dicitur est. Aliquando veluti indeclinabile adiectiuum sed opus est, usurpatur. Dux nobis & autor opus est. Plautus; Opus sunt milites. Cic. Video mihi opus esse vaticum.

P

ticum.

Columellam.

ticum. Dices nummos mihi opus esse ad apparatus triumphum. Parato opus est, opus factum, scitu, conuento, &c. Eadem ferè consecutio est huius verbi, usus est. Terent. Non usus factum est mihi. Et; Mihi sic est usus, tibi ut opus est factum, face. Sic fas & nefas dictum, apud Cic.

Regula quinta.

¶ Ablatiui duo ponuntur absolute. Vide sub cap. 15. regulam. 8.

Regula sexta.

¶ Quædam adiectiua admittunt ablatiuum cum præpositione: ut; Alienus à literis. Alienior est à me, de quo dictum est supra. Virg. Alter ab illo. Cicero; Ab ingenuis oriundus Hirtius. Secundus à rege. Cic. Secundus ad regium principatum.

DE PRONOMINE.

Caput octauum.

Prima regula.

PRONOMINA multa partitiuè ponuntur, ut antè dictum est regula secunda de adiectiuis genitiuum requirentibus: ut; Nemo vestrum. Maior nostrum. Quis vestrum?

Secunda regula.

¶ Pronomina multa substantiuè posita, genitiuum recipiunt: ut; quid cause? Id negotij, Illud negotij, Eo vel eodem loci. Illud mali. Plaut. Hoc noctis, &c.

Tertia regula.

¶ Pronominibus possessiuis adduntur hi genitiui; ipsius, solius, vnius, ipsorum, duorum, trium, paucorum, euiusque, omnium, vestrum: & apud Poetas parciolorum genitiui. Cicero; Ex tuo ipsius animo coniecturam feceris. Et; Meum solius peccatum

catum. Mea vnius opera liberatus est. Cic. Vestris paucorum laudibus. Voluntati vestrae omnium parui. Et; Maiori vestrum parti. Liuius; Noster duorum euentus ostendet, vtra gens bello sit melior. Cic. Nostram fidem & amorem tui absentis præsentibus tui cognoscent. Idem; Crassum quasi colligendi sui causa in Tusculanum contulisse. Horatius; Cum mea nemo Scripta legat vulgo recitare timentis. [Quidius vsitatus dixit; Nunc mea scripta legis qui sum summotus ad istrum. Inusitatus verò, Et nostros vidisti flentis ocellos, pro meos.]

Quarta regula.

¶ Vide sub capite secundo, primam annotationem regulæ primæ. Et infra sub cap. 12. sextam regulam & annotationem.

Quinta regula.

¶ Idem [præter notam elegantiam, qua post se particulas, ac, atque, ut, obtinet: Terent. Heaut. Est animus erga te idem ac fuit: Et præter hanc vsitatissimam, Cic. Est idem qui semper in rep. Plau. Idem es qui soles: Præter has, inquam] etiam datiuo iunctum legitur. Horatius; Inuitum qui feruat, idem facit occidenti, id est, idem quod occidens facit. [Ponitur & pro æquo à Virgil. Rex Iuppiter omnibus idem.]

DE VERBO.

Caput nonum.

De verbis ante se nominatiuum exigentibus.

VERBUM personale finiti modi, requirit ante se nominatiuum eiusdem numeri & personæ: quæ tertia est cõcordantiuè regula supra explicata

Verbu personale vel actiue vel passiue significationis postulat nominatiuum vel rei vel personæ ante se eiusdem numeri & personæ.

Interdum infinitiuus vice nominatiui ponitur, & quandoq; oratio: Persius; Scire tuum nihil est, nisi te scire, hoc sciat alter. Terent. Seni verba dare difficile est. Quod negotium meum curasti, fuit mihi gratum. Et aduerbia quædam genitiuo iuncta: vt; Satis testium est. Fraudis abundè est. Vsurpatur etiam infinitiuus loco præteriti imperfecti addito nominatiuo: vt; Omnes mihi inuidere & mordere clanculum, id est, inuidebant & mordebant. Qui modus frequens est historicis.

De Verbis ante se accusatiuum recipientibus.

Caput decimum.

Regula prima.

¶ Infinitiuus verbi personalis accusatiuum à fronte recipit: vt; Audiui te iuris prudentiæ studere, id est, quod studeas, vt indiferti exponunt. [Nam hoc ipsum, quod; non exprimunt docti. Terent. Audiui Archillis, iam dudum Lesbiam adduci iubes. Potest per; vt; exponi, veluti; Volo filium meum studere liberalibus artibus, id est, volo vt studeat.] Quod si duo sint accusatiui, is antecedere intelligitur, qui per nominatiuum declaratur: alter qui manet, cõsequi: vt; Nolo filium meum audire sermones obsecenos, id est, vt filius meus audiat.

Annotatio.

¶ Si verbum & infinitiuus eiusdem personæ sint, abesse debet accusatiuus: vt; Velim, velis, velit esse doctus. Velim efficere solus. Velit tibi esse gratus. Cicero; Studebam fieri eius prudentia doctior. Videtur te visurus esse, &c. Sin diuersæ, necessariò accusatiuus exprimitur: vt; cupio te esse doctum.

An-

Annotatio altera.

¶ Si datiuus infinitiuus esse, præcedat, à tergo consequi potest accusatiuus, sed frequentius datiuus: Terentius; Expedi vobis esse bonos. Cæsar in. 6. Quibus iam licet esse fortunatissimis. Martialis: Nobis non licet esse tam disertis. Quod si accusatiuus antecesserit, accusatiuum consequi necesse est: vt; Non conuenit regem esse parcum. Supprimitur plerunq; accusatiuus à fronte, ob additum datiuum. Quintil. Procuratorè tibi esse nõ licuit: vbi subauditur accusatiuus; te; qui exprimi non debet. Pro quo rectè etiam dicitur; Non licet tibi esse procuratori, nõ autem procurator, [cum non subaudiatur hic nominatiuus. Sed in illo Ouidiano; In molli sperem mobilis esse toro, nominatiuus ego subauditur.]

Annotatio tertia.

¶ Verba voluntatis, consilij, aut facultatis & verba impersonalia præponuntur verbis infinitiuis: vt; Cupio discere, nolo, malo, volo, opto, paro, cogito, statuo, instituo, incipio, veto, gaudeo, audeo, debeo, &c. Non possum dicere. Terent. Nescis inescare homines. Libet experiri. Inueniuntur adiectiua quædam infinitiuis præposita: vt; paratus respondere, timidus mori. [Ouidius: Sed puer est, ætas mollis & apta regi. Dignus amari. Raro substantiua reperiuntur infinitiuis præposita: vt; Spes est fore: Animus vel consilium est nauigare. Cic. Tempus esset iam de ordine argumentorum dicere, lib. 2. de Orat. Cæsar lib. 7. Consilium ceperunt ex oppido profugere, sed vstitiùs dicitur; tempus dicendi, faciendi, adeundi ad aliquem, &c. Virg. Sed si tantus amor casus cognoscere nostros.]

P 3 De

¶ Verba substantiua & vocatiua (paſſiui generis) & quæ ſimilem vim habent, itemque verba geſtiuum, & æſtimandi, & alia quædam, vtrinque nominatiuum requirunt, cum res pertinet ad idem: vt; Ira eſt furor breuis, Ebrietas dicta inſania voluntaria. Virgil. Iacet medio reſupinus in antro. Sedit triftis: incuruus. Salutor Poëta. Habetur prudens. Subridens dixit, id eſt, ſubridèdo. Inſciens feci. Inambulans docet, &c. Hoc modo videtur omne verbum habere poſſe nominatiuum poſt ſe qui pertineat ad idem, quod ſuppoſitum eſt: vt; Ille omnia facit inuitus. Terent. Redeo inde iratus, &c. Latine dicitur: Eſt mihi nomen Ioannes, vel Ioanni, raro Ioanis. Cic. Cui Spiridion fuit cognomen. Liuius; Fauſtulo ei fuiſſe nomen ferunt. Virg. Cui nunc cognomen Iulo, &c.

De Verbu genitiuum recipientibus.

Caput duodecimum.

Regula prima.

¶ VERBA ſubſtantiua, & vocatiua & quæ ſimilem vim habent, eundem recipiunt caſum quæ nomina ſubſtantiua poſtulant. Hoc dictum Platonis eſt, vel; dicitur, vel; eſſe creditur, vel; putatur. Ille mitis & lenis ingenij eſt: Tu aſpero eſſe & difficili ingenio videris, diceris, &c.

Regula ſecunda.

¶ Verba accuſandi, damnandi, & abſoluendi præter accuſatiuum perſonæ etiam genitiuum requirunt, qui crimen, vel pœnam ſignificat: vt ſunt; arguo, accuſo, ago, arceſſo, aſtringo, abſoluo, damno, condemno, inſimulo, poſtulo, alligo, &c.

Hæc verba ſpecialiale criminis nomen recipiunt in genitiuo, vel in ablatiuo, maxime ſi genitale criminis nomen eſt.

&c. vt; Arguere aliquem alicuius facinoris, ſceleris, rei capitalis, itemque crimine & de crimine: Accuſat eum ambitus, maiſtatis, furti, adulterij, cædis. Agere iniuriarum. Hic furti ſe alligat, & furto apud Plautum. Cic. Maiores noſtri ſi quando mulierem peccati damnabant. Idem; Capite damnatos morte multauit. Idem; Eam tanquam capitis accuſet. Et; Rei capitalis damnatus. Arguere rei capitalis. arguere crimine. Scelere, obligare. Scelere ſe aſtringere. Caſar; Capitis damnatus. [Cicero; Sceleris condemnat generum ſuum. Plinius; Inuenimus Egnatij vxorem cum vinum bibiſſet è dolio, interfectam fuiſſe à Romulo abſolutum.] Libero, multo, punio, ferè cum ablatiuo inueniuntur iuncta. Senatus hunc iudicio liberauit. Multare morte, exilio, pecunia. Pleſti capite. Interdum etiam illa ſuperiota ablatiuum recipiunt, præſertim ſi non fuerit proprium criminis nomen. Cic. Accuſare vel arceſſere aliquem crimine ambitus. [Inſimulare auaritiæ & falſis criminibus accuſare. Condemnabo eodem ego te crimine. Liuius; Latæ deinde leges, quæ conſulem regni ſuſpicionem abſoluerent.] Fit interdum in his eclipſis ablatiuo: vt; Maiſtatis delatus eſt, ſcilicet crimine vel ſcelere. [Cicero hæc duo leuitatis & infirmitatis pleroſque conuincunt. Quædam etiam præpoſitionem admittunt: vt; De pecunijs repetendis deferre, de ambitu deferre, damnari. Damnari de maiſtate vel maiſtatis, & ambitus, furti, cædis, iniuriarum, & condemnare inertiam, crimine. Accuſare de epistoſularum negligentia. Dicimus etiam; Accuſare adoleſcentum inertiam. Cic. Lenticulam de alea condemnatum collorem ſuum reſtituit. Idem; De præuaricatione

Aemilius Probus, Cauſa congnita capitis abſolutus, pecunia multatus eſt.

Cicero; Primum me tibi excuſo in eo ipſo, in quo te accuſo. Et; In quo accuſabat, culpa vacabat. Terent. cum eo iniuriâ hanc expoſtulè.

absolutus, &c.] Ad hanc regulam possunt & alia referri: Admonco, commonefacio, &c. vt; Admonitus æris alieni. Me veteris amicitia commonefecit. Cic. Nemo est, quin tui sceleris ex illa oratione commonefiat.

Regula tertia.

¶ Verba æstimandi, vt sunt; æstimo, taxo, sum, facio, pendo, duco, fio, puto, & si qua sunt alia, coniunguntur cum his genitiuis; tanti, quanti, magni, parui, minoris, plurimi, maximi, minimi, nihili: facio, pili, flocci, assis. Acqui, boni, vel Aequi boniq; facio. Liuius; Tanto pluris quàm quãti essent æstimarentur. Magni æstimant vel magno. Nam & ablatiui, loco genitiuorum inueniuntur: vt; Data magno æstimas, accepta paruo: Plinius; Tanti taxauerunt. Cicero; Vide quanti apud me sis. Is non putat tua dona esse tanti. Scio eius ordinis auctoritatem semper apud me magni fuisse. Plautus; Pluris est testis oculatus vnus, quàm auriti decem. [Pluris facio omnium hominum neminem. Nihili pendere, & pro nihilo ducere, pro nihilo habere. Ista parui pendimus. Parui ducimus. Virtus voluptatem minimi facit, & car. Cicero; Quanti quisq; se ipse faciat, tanti fiat ab amicis. Non assis faciunt. Terent. Huius non facio [ostensa festuca, aut alia re nihili.] Quintil. Rogat boni consulas, id est, bonum iudices.]

¶ De verbis emendi & vendendi vide regulam 2. sub capite 15.

Regula quarta.

¶ Hæc memoria verba; meminî, recordor, reminiscor, obliuiscor, recipiunt genitiuum vel accusatiuum: vt; Vt meminit nostri? Numeros meminî. Cic. Qui patriæ beneficia meminerunt. Et; Memi-

Meministi ipse de exilibus, &c. Recordor huius rei, sed hanc rem, & de hac re sæpius dicitur. Reminiscor accusatiuo sæpius quàm genitiuo iungitur. Apud Cæsarem genitiuus reperitur: vt; Veteris incommodi reminisci, apud Cic. Reminisci calendarum Ianuariarum. Et; Obliuisci temporu. Et; Causam oblitus est. Misereor & miseresco neutrum, genitiuum requirunt: vt; Misere mini eius. Virg. Miserecite regis. Sed misereor, aris, accusatiuum. Venit mihi in mentem cum genitiuo: vt; illius tēporis, fani, loci, religionis, Platonis, apud Ciceronem. Et; Hæc mihi veniebant in mentem, de duabus illi commotionibus. In mentem venit de speculo. Rerum satagere, id est, anxie curare, est apud Terent. Heautonti.

*De impersonalibus.**Regula quinta.*

¶ Hæc accusatiuum & genitiuum recipiunt; *Terentius in miseret, miserecit, pœnitet, pudet, piget, tædet: Heaut. Mene- vt; Miseret me tui, fratris, familiæ. Plaut. Me eius dem vicem misertum est. Terent. Te nunc inopis miserecat miseret me. Sed mei. Nihil est faciendum, cuius nos pœnitere ibidem vsta- pœnit. Pudet me tui. Plaut. Miseret te aliorum, tui tuis dixit. Me te nec miseret nec pudet. Piget me tuæ turpitu- tuarum miser- dinis. Cic. Prorsus nos vitæ tædet. Pertæsum est tum est fortu- genitiuum. Cic. Pertæsum est enim leuitatis Gre- narum. corum. Virg. Si non pertæsum thalami tædæque fuisset. Pertæsus ignauiam suam, Suetonius in Cæ- sare dixit. Hæc impersonalia loco genitiui infiniti- tum recipiunt: vt; Tædet iam audire eadem mil- Terent. lies. Pudet dicere. Quæso quod te percontabor, ne te id pigeat proloqui. Pœnitet respicere plura testimonia, Fab. De verbis copiam vel inopiam significantibus vide regulam tertiam sub cap. 15.*

Regula sexta.

¶ Est, interest, & refert, admittunt quemvis genitium, præter hos; mei, tui, sui, nostri, vestri. Martialis: Non est (crede mihi) sapientis dicere, viam. Cic. Interest omnium rectè agere. Idem; Nostra aut ipsorum interest. Nihil illius interest, vel refert. Dicimus etiam; magni, permagni, parvi refert vel interest. Cic. Quanti reip. interfit. Idem; Permagni nostra interest te esse Romæ. Illud mea magni interest, te vt videam. Magni interest ad decus & laudem huius ciuitatis, ita fieri. [Et per aduerbialia nomina, multum, plus, plurimum, parum, paulum, nihil, aliquid: vt; Plurimum refert vel interest. Plus illius quam huius interfuit. Cicero; Equidem ad nostram laudem non multum video interesse.]

Annotatio.

¶ Est requirit loco genitiuorū; mei, tui, &c. hos nominatiuos; meum, tuum, suum, nostrum & vestrum: vt; Mentiri non est meum, subauditur officium, &c. Sed interest & refert hos ablatiuos postulant; mea, tua, sua, nostra, & vestra: vt; Plus mea interest quam tua. An hoc tu a vniuerso refert, & non nostra omnium? Cicero; Si mea solum interesset. Terentius; Tua quod nihil interest, percontari desine. Plautus; Quid id refert tua? [Cuius. Cic. Ea cædes potissimum crimini datur ei, cuius interfuit, non ei, cuius nihil interfuit.] Hæc autem; mea tua, sua, &c. genitium nullum admittunt, præter paucos supra capite. 8. regula tertia positos: Non enim dicitur vsitate; Hoc tua interest præceptoris, sed dicendum est: hoc tua interest, qui præceptor es. Terentius; Id mea minimè refert, qui sum natu maximus.

*Regula**Regula septima.*

¶ PROPRIA nomina oppidorum & vicorū, in genitio adiunguntur verbis quietem in loco significantibus, si sint primæ vel secundæ declinationis: sed in datiuo & sæpius ablatiuo, si sint vel tertiæ vel pluralis numeri: vt; Habitat Lutetiæ, Louanij, Carthagini vel Carthagine, Athenis. Ea habitabat Rhodi, Terent. Cicero; Sepultus esse dicitur Lacedæmone. Idem; Commendo tibi domum eius, quæ est Sycione. Regionum autem, insularum & montium nominibus, sicut & appellatiuis additur præpositio: vt; Habitauit in Germania, in Gallia, ad Diui Dionysij, ad Remos oppidum celebre, &c. Expectat in foro, in templo, &c. Verbis quietem significantibus adduntur hi genitiui, domi, militiæ, & datiuus ruri. Salust. Domi militiæque mari atque terra præclara facinora fecit. Cic. Quantus ille res terra marique gesserit. Ruri habitare. Forte euenit, vt essemus ruri. Humi additur verbis quietem & motum significantibus. Cic. Nil mea interest humine an sublimè putrescam. Serpit humi, Virgil. Procumbit humi bos (non autem humum: sed apud Horatium est, Ad humum deducit) His genitiuis non adduntur adiectiua: sed genitiuus domi, hos tantum genitiuos, meæ, tuæ, suæ, nostræ, vestræ, alienæ, & paucos alios admittit: vt; Domi, meæ, tuæ, alienæ, &c. Cice. Nonne malis sine periculo esse domi tuæ, quam cum periculo alienæ? Idem; Huius domi est mortuus. Et; Qui istius domi erat educatus. Domi eius, &c.

*Proprium nomen oppidi, vicij, & castrij.**De Verbis datiuum recipientibus. Cap. xiiij.**Regula prima.*

¶ Omni verbo datiuus addi potest significans com-

commodum vel incommodum, obsequium, auxilium vel repugnantiam: siue personam aut rem cui aliquid fit: vt; Fauet, paret, seruit, nocet, reclamatur, aduersatur, repugnat, resistit mihi: refragatur petitioni meæ. Succensere, alicui irasci, minari, insidiari. Bene ex animo tibi volo. Bene dicere alicui, vel maledicere. Bene vel male precari, facere conuicium alicui. Tibi quibuscunque rebus potero libentissime commodabo. Mihi istic nec feritur nec metitur. Relatiua etiam per datiuum efferuntur, hoc modo; Si non sum tibi vxor, non eris mihi maritus. Si non sum tibi ciuis, non eris mihi consul, &c.

*Annotatio.**Est, habere significans.*

¶ Est & sunt, pro habeo posita, & aliquot eius composita, datiuo iunguntur: Virgilius; Est mihi nanque domi pater, est iniusta nouerca. Deest mihi pecunia, superest illi. Sunt nobis mitia poma. Fons, cui nomen Arethusa est.

Regula secunda.

¶ Datiuum recipiunt verba quædam composita cum præpositionibus; præ, ad, ante, in, con, ob, sub: vt; Cicero suis maioribus præluxit. Terent. Arridere omnibus; Amicitia omnibus rebus antepone. Cic. Vel iniquissimam pacem iustissimo bello anteferrem. Ego tuis rebus adero. Animi corporibus inheret, vel incorporibus. Hora. Cogestis vndique saxis indormis. Colludere paribus vel, cum paribus. Confert huic rei, &; ad hanc re. Obrestat mihi. Cic. Sic mihi obtemperauit, tanquam filius patri. Subseruire orationi. Rem dicendo subijcere oculis. Huc referantur & hæc verba; fido, placeo, displiceo, parco, dominor, blandior, medeor. [Sed medicor datiuo vel accusatiuo iungitur,

gitur, sicut & præstolor tibi & te] & omnia verba opem ferendi, nisi quod iuuo accusatiuum exigat, vt; auxiliari morbis, subuenire, succurrere miseris, ferre suppetias, auxilium. Opitulari alicuius inopiæ. Horum multa ad superiorem regulam referri possint. Item operam dandi, vt; studere, operam dare, nauare operam alicui. [Variat anteeo. Plaut. Virtus omnibus rebus anteit. Salustius: Et cum omnes gloria anteiret. Antecedo, Cicero accusatiuo iungit, Plaut. etiã datiuo. Anteuerto. Terent. Miror vbi ego huic anteuertirim. Cic. Atque id ipsum, cum tecum agere conarer, Fannius anteuertit. Superioribus plura possint addi composita, sed quæ simul cum datiuo etiam accusatiuum admittunt, vt; Intermitte tuis interdum gaudia curis. Posthabui tamen illorum mea serialudo. Diuitem rudis & ignarus docto præfert. Superesse labori, id est vincere laborem. Virg. Deditus est potationi.]

*Anteeo.**Antecedo.**Anteuerto.**Intermitto.**Posthabeo.**Præ.**Super.**Deditus.**Annotatio.*

¶ Hæc simul cum datiuo recipiunt etiam accusatiuum, verba dandi, committendi, imperandi, promittendi, nunciandi & declarandi: vt; Dare alicui beneficium. Exhibere, facessere alicui negotium, molestiam. Impendere tempus studijs. Donare aliquid alicui. Et donare aliquem re aliqua, quod frequens est. Sic impertio vel impertior. Ouem lupo committere. Iubeo tibi vel te dare, id est, vt des, bono animo esse, &c. Mandare aliquid alicui, magistratum bonis & experientibus viris. Imperare alicui. Cicero, Cupiditatibus, quibus cæteri seruiunt, imperare. Aureos montes alicui polliceri. Nunciare aliquid patri. Significare, declarare alicui. Scribere vel mittere literas amico

Que datiuum & accusatiuum recipiunt.

Scribere literas ad amicum dicitur ysiatius, quam amico. Sed scribere salutem, scribere dicam alicui, recte dicuntur.

amico vel ad amicum. Respondere alicui, respondere maledictis & ad maledicta. Erranti monstrare viam. Terent. Iamne ostendisti signa nutrici? &c. Et verba auferendi vim habentia: vt aufero, adimo, eripio: vt; Nihil tibi abstuli, & non auferes à me id quod petis. Eandem habet confectionem eripio. Ego tibi hanc curam adimam, & cætera.

Regula tertia.

¶ Habeo cum accusatiuo iunctum, datiuum admittit, qui per ad præpositionem & accusatiuum exponitur: vt habere aliquè ludibrio, odio, despectui, neglectui. Habere aliquid probro, questui prædæque, voluptati, religioni. Salustius; Perinde quasi ea honori, non prædæ habeant. Huc referendus est octauus ille casus similis datiuo, significans motum ad locum, frequens Virgilio: vt; It clamor cælo, id est, ad cælum. Terent. Mulier commigrauit huic vicinæ. Ruit Oceano nox.

Terminationes sunt casus sex, sed ex significatione fecerunt octo.

Regula quarta recipientium duos datiuos.

¶ Quibusdam duo datiuus iunguntur, quorum prior personam significat, alter commodum vel incommodum, qui exponitur etiam vulgo per ad præpositionem & accusatiuum. Sum, Cic. Vt & nobis honori, & amicis vtilitati, & Reip. emolumento esse possitis: honori, id est, ad honorem, & cæt. Aliquid alicui esse fraudi. Cui bono fuit. Mihi maximè curæ est, cordi est. Hoc tibi laudi est, &c. Magnæ mihi leuationi est deambulatio. Do. Cic. His non modò non laudi, verùm etiam vitio dandum puto. Idem; Qui se patriæ, qui suis ciuibus, qui laudi, qui gloriæ, non qui somno, & conuiujs & delectationi natos arbitrentur.

Sum.

Do.

Natum.

[Idem;

[Idem; Iam profecto te intelliges inopia criminum summam laudem Sex. Roscio vitio & culpæ dedisse. Gallo crimini dedisset.] Pecuniam alicui dare foenori, pignori. Terent. Hanc tibi dono do, Dare mancipio. Duco. Plautus; Id mihi damno ducam. Cic. Si quis despiciatui ducitur. Id gloriæ, honori, laudi, vel vitio ducitur. Plautus; Nemo id probro ducet Alcenæ. Varro; Quod alijs vitio vertis, id tu tibi laudi ne duxeris. Venire subsidio. Dicere bona sua doti, apud Terentium. Relinquere aliquid pignori, apud Plautum. Canere receptui. Cic.

Duco. Ducere aliquid alicui ignauia. Vertere vitio. Cicero; Venire subsidio. Dicere doti.

Regula quinta.

¶ Datiuum requirunt hæc, siue fuerint impersonalia, siue personalia, possuntque pleraque infinitiuum sibi subiicere: Accidit, contingit, expedit, conuenit, vacat, sufficit, patet, liquet, constat, superest, dolet, libet, licet, placet, &c. vt; Accidit mihi: vel hoc tibi accidit. Non satis mihi constat. Constat omnibus & inter omnes. Teren. Ille bonus vir nobis psaltriam, si dijs placet, parauit. Nò vacat audire. Terent. Prodeambulare huc libitum est mihi.

De verbis accusatiuum post se requirentibus.

Caput decimumquartum.

Regula prima.

¶ Verbum actiuum vel actiuè significans recipit accusatiuum in persona vel re patiente, hoc est, in ea, quæ actionem verbi accipit, seu quæ fit: vt; Sapiens contemnit opes. Durerus hanc tabulam pinxit: hic pictoris actionem tabula accipit, quæ pingitur. Reuerere parentes & præceptores. Maiores natu verere. Puer matrem osculatur.

De verbis requirentibus ante se accusatiuum, ante dictum est.

Anno-

Annotatio prima.

*Sic flere patrem
vel de morte
patris.
Olere nardo.
Propert. lib. 4.* ¶ Et quædam absoluta figuratè accusatiuum admittunt: vt Corydon ardebat Alexin, id est, impatienter amabat. Olere crocum, pastillos, hircum, vnguenta exotica. Redolere antiquitatem. Sanguinem sitit. Horatius; Vineta crepat mera. Persius; Cum sapimus patruos. Iuuenalis; Qui Curios simulant & Bacchanalia viuunt. Interdum admittitur accusatiuus ratione præpositionis ob vel propter, quæ subauditur. Terent. Si pater id succenseat. Et; Id paues tu, Id times, &c.

Annotatio secunda.

*Cic. Gaudere
gaudium.
Plaut. Gaudere
gaudio.* ¶ Præterea multa absoluta habent accusatiuum, cognatæ significationis: vt; Gaudere gaudium. Seruire seruitutem. Viuere vitam, ætatem. Obire mortem. Ire viam, Inire & redire viam. Ambulare maria. Acta agere. Terentius; Et quia consimilem luserat iam olim ludum. Cantilenam eandem canis. Plaut. Pugnam pugnare. Virgilius; Furere furorem.
¶ Aliquando ablatiuum: vt; Morte obijt repentina. Ire via.

Annotatio tertia.

¶ Appellatiuum nomen interdum à poëtis pro aduerbio vsurpatur: vt; Cernis acutum, id est, acutè. Horrendum sonuere, id est, horrendè. Vox hominem sonat, id est, humanitus. Bacchanalia viuunt, id est, ritu vel more bacchantium. Virgil. Infueta rudentem, id est, infueto modo.

Regula secunda.

*De verbis do-
cendi & ro-
gandi.* ¶ Verba docendi & rogandi seu petendi & monendi significationem habentia, recipere possunt duos accusatiuos diuersos, alterum personæ, & alterum rei, quem posteriorè etiam passiuè retinere

retinere possunt. Verba docendi sunt; Doceo, doceo, & cæt. erudio, moneo, admoneo, hortor. Rogandi, posco, flagito, oro, rogo, obsecro, & similia: vt; Docui te Rethoricâ. Cic. Erudij te leges belli. Eruditus Græcas literas. Literas te docui. Docetur ille à me dialecticam. Posco, flagito aliquem pecuniam, vestem, &c. Oro, rogo, obsecro *Cicero; Illi me te hoc, illud, hanc rem. Eos hoc moneo. Cic. Nec frumentum ea quæ monemur, audimus. Admonet me aliquid flagitabant.* vel ea de re. Cic. Sin exieris quod te iam diu hortor. Iisdem de rebus etiam atque etiam hortor. Idem; Pusionem quendam interrogat quædam Geometrica de dimensione quadrati. Et; Ego te iisdem de rebus interrogabo. Hoc te vnum oro. Sed accusatiuus personæ interdum supprimitur, vt Virgil. Vnum oro, doceas iter. Supplicio datiuo tantum iungitur: vt; Deo supplicare.

¶ Ex his quædam pro accusatiuo personæ, ablatiuum cum præpositione recipiunt: vt; Hanc à me Grammaticam amici flagitauerunt. Hoc vnum abs te precor. Et; Aliquid exigere ab aliquo, dicitur vtrunque cum præpositione. Et celo te hanc rem, vel de hac re. Dicit etiam Terent. Si hoc patri celetur.

¶ Vt particula, non autem; Quod, subijci debet verbis petendi & rogandi: Cæsar, Orat atq; obsecrat, sibi vt parcat. Et oro, rogo, ne quid facias. Et verbis iubendi: Cicero de Amic. Illud potius præcipiendum fuit, vt diligentia adhiberemus in amicitijs comparandis. Et his verbis; facio, efficio, fiocuro, laboro, timeo, vereor, metuo, & similibus. [Sed his posterioribus, loco vt, eleganter connectitur ne. Vereor vt possim vel ne non possim.] Et his dictionibus; tam, tantus, talis, adeo, tot, sic, ita, & similibus: quibus barbarè subijcitur quod.

De verbis vestiendi.

Dicimus Latine induo tibi tunicam. Induo mihi vestem, vel induo me veste. Induo subuculam. Duos accusatiuos non reperio. Sed induor passiuo recte accusatiuus additur: vt Thoracem indutus: & Galeam induitur, apud Virgil. libr. 2. Aeneid. sed ita Cic. Vir indutus muliebri vestitu, Dij induti specie humana. Exuere aliquem armis, regno, exuere manus vel pedes vinculis, exuere frontem, pudorem, hominem, puerum, &c. Exuere se tunica, sarcina, &c. Puella puerum vestit. Tabulis vel aulais templi parietes vestiuntur. Natura oculos membranis tenuissimis vestiuit.

Cingere se gladio, cingere vrbe muro. Accingi armis, accingere se itineri, operi, praedae, id est, ad iter, &c. Calceatus cothurnis, est apud Plin.

Regula tertia.

Verborum mensuram vel spatium significantium consecutionem, & synecdochen repetes ex regula prima & secunda adiectiuorum recipientium accusatiuum.]

Omne verbum potest admittere accusatiuum significantem spacium temporis. vt, Noctes atque dies patet atri ianna Ditis. Nestor vixit tres hominum aetates, Quinquaginta annos natus est. Vel ablatiuum, sed rarius: Plin. Sub vertice Arctico nemo sex mensibus videt solem. Eandem consecutionem habet aduerbium, abhinc, Cic. Horum pater abhinc duos & viginti annos mortuus est. Idem; Abhinc annis amplius 25.

Regula quarta.

Decet, iuuat, delectat; accusatiuum personam significantem recipiunt, etiam cu persona-liter

liter capiuntur: & cum impersonaliter ponuntur, etiam infinitiuum. Cic. Litera tua me delectauit. Horat. Multos castra iuuant. Cic. Oratorem irasci non decet, simulare non dedecet. Verbo oportet ita veteres vsi sunt. Cicero; Si loquor de Republica quod oportet, insanus existimor. Idem; A populo praeteritus est, quem non oportuit. scilicet, praeterire. Te adilem fieri oportuisse dicis. Idem; Verum hoc quod iam pridem factum oportuit, dictum non oportuit? Plautus; Hunc hominem malum esse oportet, id est, suspicor esse malum. Cic. Accedat huc suauitas quaedam oportet sermonum atque morum.

Latere admittit datiuum vel accusatiuum. Cicero; Nihil moliris, quod mihi latere valeat. Lucanus; Latet mihi causa. Virg. Nec latuere doli fratrem. Ouidius; Res latuit patrem.

Fallere aliquid aliquem, id est, ignorare. Terent. Nihil me fefellit. Num me fefellit hocce id struere? Cic. Nisi quid me fallit.

Fugere. Cic. Neque te praecipua fugiant, id est, non ignoras. Nihil Oratorem effugere possit. Hoc me praeterit. Terent. An quicquam Parmenonem praetereat, quod factu vsus sit?

Regula quinta.

Verba composita cum praepositione saepe recipiunt casum suae praepositionis vel accusatiuum vel ablatiuum: vt, Adijt me, vel ad me. Subire laborem. Transire modum. Transire ad forum. Cicero; Grues cum calidiora loca petentes maria transmittunt. Traducere exercitum vel transportare flumen. Eijcere aliquem domicilio. Egredi puerilem aetatem. Egredi officio & ordine. Lucanus; Exeat aula, qui vult esse pius.

*Præpositio sub-
audita.
Vice.
Vicem.
Abstinere
Publico.
Suetonius.
Terent. Peiori
ves loco non
potest esse, quâ
in quo nunc
sua est.*

Excedere vrbe & ex vrbe. Apud Poetas quodlibet ferè compositum verbum admittit casum si præpositionis. Horatius, Ne quid medios intercinat actus. Terent. Vt ab illa extrudar, hac concludar: pro, cum hac claudar. Virg. Detrudunt naues scopulo, &c. Subauditur interdum præpositio. Virg. Italiam fato profugus Lauinaque venit littora, id est, in Italiam & ad littora. Et; Deuenerunt locos, &c. Plinius; Humi quoque vice pedum serpunt, id est, loco pedum. Liuius; Vt cum suam quisque vicem functus officio sit. Posteriora duo exempla imitari tutò licebit, vt & illa: cadere causa: cadere foro, vrbe, vita. Abstinere se maledictis, iurgijs & litibus, iniuria & ab iniuria, se cibo abstinere. Soluere legibus. Cic. Qui voluntatem nullo loco numerat. Loco quarere, loco dicere.

Regula sexta.

¶ Verbis quibusdam accusatiuus additur per synecdochen, ac ferè poetice, vt; Rubes faciem. Expleri mentem nequit. Micat auribus ac tremit artus. de quibus dictum est regula secunda sub capite quinto.

Regula septima.

¶ Verbis significantibus motum ad locum additur accusatiuus nominum urbium & vicorum: vt; Venit Romam, Carthaginem, Athenas, Lutetiam Parisiorum. Montem pessulanum. Liuius; Carthaginem nouam in hyberna est deductus, &c. Ad eundem modum vsurpantur rus; & domum. Rus ire. Ire domum, quod etiam numero multitudinis dicitur: Cicero; Reliquias suas domos comportarunt. Et supperias ire, apud Cæsarem. Ire iniurias, est negare. Sed regionum, insularum, & mon-

*Ouid. Vestras
quisque; redite
domos. Cicero;
Prima luce Po-
ponii domum
venisse dicitur.*

montium nominibus præpositio additur: vt; in Italiam, in Siciliam, in forum. Venit in oppidum Biturigum. Minoribus etiam in locis interdum præpositio additur. Cic. ad Atticum lib. 8. ad Capuam vel ad Luceriam iturus eras. Et; Ad Brundisium. cum significatur non in urbem, sed ad urbem veniri. Insularum nominibus nonnunquam subtrahitur præpositio. Cic. ad Attic. lib. 11. Filius Corcyram venit. Et; Sardinam venit. Nauigat Anticyras.

De verbis ablatiuum recipientibus.

Caput xv.

Regula prima.

¶ Quiuis verbo adiungi potest ablatiuus significans instrumentum, causam, aut actionis modum: vt; Virgis, pugnis, loris casus est. cui non potest addi, cum. Pallet amore. Horret frigore. Rubescit pudore vel præ pudore. (nam præ causam interdum notat.) Ouidius; Flectitur iratus. voce rogante Deus. Agamus crassius & pinguius. Minerua. explicabo breui. Summo nos honore excepit. cui addi potest cum: vt; Summo cum honore, summa cum lætitia, id est, lætissimè nos excepit.

*Ablatiuū in-
strumenti &
causæ efficiētis
Grammatici
vocant interdū
septimū casum.
Causæ abla-
tius.*

Annotatio prima.

¶ Huc referantur & illa, quæ admittunt ablatiuum materiæ circa quam (vt vocant) vt; Viuere paruo, Viuere vel victitate lacte, Pascere equum foeno. Verba onerandi & exonerandi, vt; Onerare præceptis aliquem, imbunere. Exonerare aliquem metu. Virg. Ego hoc te fasce leuabo. Armare se armis, artibus, &c. Ornare munus verbis. Exornare veste varia. Donare ciuitate. Afficere aliquem honore vel gloria, stipendio, iniuria, &c. Profer-

quorū amore, benevolentia, odio, contumelijs, & ceteris. Persequi aliquem bello, armis, odio. Verba gaudendi & gloriandi, ut Gaudere vel delectari carmine. Oblectare se iucundis fabulis. [Dicitur quoque delectari, gaudere in aliqua re. Latari aliquid & de aliqua re. Gloriarī virtute, in virtute, de virtute. Cicero; Equidem posse vellem idem gloriari, quod Cyrus.] Sternere triclinia, Sternere lectulos pellibus. Loca strata faxis. Vis strata, Liuius; Spargere humum floribus, Virgilius.

Annotatio secunda.

¶ Ablatiuum hæc quoque postulant. Vescor, fungor, defungor, vtor, abutor, fruor, fretus, dignor, potior: ut lacte, caseo, carne vesci. Officio fungi, defungi, periculis, munere, fato, & cetera. Terentius; Scisci vti foro. Præsentibus fruitur sapiens. Deo fretus. Innocentia fretus. Virgilius; Haud equidem tali me dignor honore. Potior tribus casibus iunctum reperitur, ablatiuo, genitino, & accusatiuo: significatque obtinere, capere, & interdum fini. [Cicero offic. 3. Aut victoria, ut qui bello potiti sunt. Idem; Et in nostra ciuitate & in cæteris, quæ rerum potita sunt. Casar: Hostium viuorum potiti sunt, id est, viuos ceperrunt. Idem; Partim viuus potiti sunt. Sic; prouincia potitus est, id est, cepit. Et oppidum potiri, id est, capere. Terentius; Potitur gaudia, id est, fruitur.] Sed vtiatior est ablatiuus, ut Præsentibus potiri, & genitiuus, qui significat habere imperium aut summam potestatem, ut potiti rerum, regni, ciuitatis. Pluo: Liuius; Nunciatum regi lapidibus pluuisse. Pluit lacte, sanguine. Pluit lapis.

Potior.

Pluo.
Tibullus; Mul-
tus & in terrâ
deplueratque
lapis.

Anno-

Annotatio tertia.

¶ Materia ex qua res conficitur, in ablatiuo ferè ponitur accedente præpositione: ut; Opus ex marmore factum. Plautus; E ferro fabrefactum est. Sine præpositione: Liuius; Capitolium saxo quadrato substructum est. Virg. Viminibus mollique paras detexere iunco.

Regula secunda.

¶ Verba emendi, & vendendi, & permutandi recipiunt ablatiuum significans præcium, qualia sunt; emere, mercari, vñire, licere, liceri, vendere, addicere, constare, quibus etiam additur valere: ut; Indicat librum tribus sestertijs. Emit duobus. Magno reuendet. Magno vel paruo vel nimio constat. [Aureus Caroleus valet sestertijs vicens. Cicero; Emi propè dimido carius quàm aestimabat. Nimio emisti. Talento emi. Assè emi. Mæa pecunia comparauī. Plautus; Omnia licebunt præsentī pecunia. Idem; Quibus pretijs porci vaneunt, id est, venduntur.] Sed exigunt hos quatuor genitiuos, tanti, quanti, cum compositis, pluris, & minoris, si substantiuè capiuntur: ut; Ne minoris vendas quàm ego emi. Quam emi potest minimo: quam vendi potest plurimo. Terentius; Vt te redimas captum quàm queas minimo: si nequeas paululo, at quanti queas. Adijcuntur enim hæc sæpè sine substantiuus, minimo, plurimo, nimio, dimidio, duplo, paulo, vili. Suetonius; Amplissima prædia minimo addixit, id est, licitantibus concessit. Plautus; Quanti eam emit? vili. Quod si adiectiuè capiuntur illa superiora quatuor, & substantiuo adijciuntur, in ablatiuo ponuntur: ut; Alibi minori precio non emes. [Iuuenalis; Quâto metiris precio.

Plin. Scrupulū
valebat sestertijs vicens.

Sub tanti, comprehendē tantidē, sub quanti, quancūque, &c.

Q 4

Terent.

Terent. Quàm minimo pretio voluptatem suam expleant.] Per aduerbia dicimus: Emere vilius, carius. Aestimandi quoque verbis additur ablatiuus, qui pretium notat: vt; Virtus estimari pecunia non potest. Plin. Qui frugiferas tanti taxaerant, id est, pretio aestimauerant. Cicero; Aiebat se tantidè de me aestimasse, quanti sacerdotè. Huc referuntur & alia: vt; Magno docet, minis octo, aut eo pluris, certè non minoris. Lucanus; Aere merent paruo. Sexaginta aureis habitat. Vide regul. 3. sub cap. 12. & reg. 5. sub cap. 14.

Verba aestimandi
Cic. pro Celio.
Triginta milibus dixisti eum habitare.

Regula tertia.

¶ Verba copiam vel inopiam significantia recipiunt ablatiuum: vt; Abundo, affluo, exubero, scateo, &c. Egeo, indigeo, careo, deficio: vt; Abundare præceptis & institutis philosophiæ. Egere medicina. Sic dicitur, superfedere labore, narratione, verborum multitudine. Cic. Ex his quædam etiam genitiuo iunguntur, vt egeo, & indigeo frequenter: compleo, & impleo rariùs: vt; Egere consilij. Indigere celeritatis. Plaut. Complebo ego illos erroris & dementia. Virg. Implentur veteris Bacchi, pinguisque ferina. His addantur verba onerandi, priuandi, liberandi, &c. vt; Inurgitare se cibis. Exhaurior viribus. Libero te laboribus. Liberare se à calumnijs hominum sceleratorum.

Superfedere.

Inurgitare se in flagitia, id est, immergere.
Cic.

Et impersonalia passiuè vocis: Cicero; Eius orationi vehementer ab omnibus reclamatum est. Idem; Nihil est à me inferre. Pro his præpositionibus à vel ab, sæpè è vel ex, interdù de, proutur: vt; Audiu, à, è, ex, vel de parente meo puer.

Regula quarta.

¶ Omne verbum passiuum recipit post se agentis ablatiuum iunctum præpositioni à vel ab. Horat. Laudatur ab his, culpatur ab illis. Magni fit ab eruditis. Quinti. Fabricius respondit à ciue se spoliari malle, quàm ab hostibus venire. [Sed liceo & nubo non videntur hunc ablatiuum admittere. Vapulo Quintilianus agentis ablatiuum tribuit

tribuit lib. 9. cap. 2. vt; Testis in reum rogatus, an ab reo sustibus vapulasset.] Vertitur interdù hic ablatiuus in datiuum: vt; Nulli visus est, id est, à nullo. Cic. Neq; senatui, neque populo, neque cuiquam bono probatur. Eadem syntaxis est & eorum quæ significationem habent accipiendi, recedendi, distandi, differendi, separandi: vt; Accepi à patre. Terentius: Pater esse disce ab his qui verè sciunt. Nunquam discedit à latere præceptoris. Quinque milia passuum distat ab vrbe. Abesse ab vrbe vel vrbe. à domo vel domo & foro. ab oculis, &c. Plin. Curandum est ne milites à signis absint. Differt vel discrepat hoc ab illo, separatur vel distinguitur. Virg. Ignauum fucos pecus à præsepibus arcent, &c. Abhorret à matrimonio. Mereri quoque aliquem dicimus de aliquo bene vel male: vt; Bene de te meritus sum. Et Virg. Si bene quid de te merui. De imperio dimicare. De lana caprina rixari, &c. Interdum ablatiuus quibusdã vi præpositionis additur: vt; Magna spe decidi. Exulo patria, Cedere foro, &c. De quibus supra dictum est sub cap. 14. regul. 5.

Regula quinta.

¶ Omne verbum admittit ablatiuum significantem speciem temporis, cum sit interrogatio quando: vt; Scripsi epistolam superioribus diebus multa nocte, hora duodecima, &c. Interdù cum præpositione: ad: vt; Ad constitutum diem, ad diem dictam. Id est die constituta & dicta. Ponitur id temporis per eclipsin præpositionis per, pro eo quod est, per id tempus, & id ætatis pro ea ætate. Cicero; Redijt luce non tenebris. Satis tempori, vel tempore venire, noctu, nocte, vel addita præpositione, in tempore, de nocte, de diè. Cicero; Cæsar magnas copias breui habiturus est. Sic per-

brevi. Et per aduerbia, vesperi, heri vesperi, pridie vesperi. Cic. Ad me heri vesperi literas misit.

Regula sexta.

¶ Verba quæ vim comparationis habent, ablatiuum recipiunt, qui speciem seu modum exuperationis significat: vt; Dignitate præstat, auctoritate, eruditione, &c. quæ regula secunda supra sub cap. 7. posita est.

Annotatio.

¶ De verbis, quibus ablatiuus per synecdochen additur, vide regulam secundam sub capite quinto. Et de mensuræ ac spacij nominibus sub cap. 14. regul. 3.

Regula septima

¶ Verba motus à loco, vel per locum requirunt nomen proprium oppidi aut vici in ablatiuo: vt; Redijt Roma, Carthagine, Athenis. Quibus adduntur, rure, & domo. Cic. Iter Laodicea faciebam. Curtius; Mileto transferant. Et cum præpositione: Livijs; Terrestres per Mægaram excursionem non fiebant. Idem; Legati ab Ardea veniunt. Sed regionum, insularum ac montium nominibus præpositio semper additur: vt; Ex Italia, per Germaniam, &c. Et, ex foro, per forum. Præpositio, per, cum casu, interdum per ablatiuum effertur: Plin. Tota Italia vagatos. Terra ac mari, dextra leuaq; id est, per terram ac mare. Cicero; Bellum terra mariq; gereretur.

Regula octava.

¶ Ablatiui duo ponuntur absolutè, quorum alter ferè participium est, & interdum nomen: vt; Dicente Cicerone, vel; suadente, vel; orante, Catilina fugit. Absoluto prandio deambulabimus. Cicero Consule Roma à coniuratione liberata

Cic. Ego quid agam? qua aut terra aut mari persequar eum, qui vbi sit, nescio?

liberata est. Me suafore atque impulsore. Dicimus etiam iussu meo, tuo iussu vel iniussu: Exponitur autem ille ablatiuus ferè per particulas tempus significantes, quales sunt; quando, quoad, cum, vt, & cæt. Dicente Cicerone, id est, cum diceret. Inuenitur & vnus ablatiuus adiectiuus nominis absolutè positus: Horatius; Excepto, quod non simul esses, cætera latus. vbi intelligitur eo, vt sit, excepto eo, &c. Salust. Audito, Regem in Siciliam tendere.

De participijs, supinis, & gerundijs, quam consecutionis rationem à tergo requirant.

Caput xvj.

¶ Participium, supinum, & gerundium admittunt à tergo casum sui verbi, eiusdem significationis: vt; Audio, audiens, auditorus, audire volens doctorem tres vel tribus horis, nocte, summa diligentia, &c. Eo auditum & ad audiendum doctorem. Auditus à me doctor, & sæpius audiendus est. Virgilius; Et quæ tanta fuit Romam tibi causa videndi? Vtendum est ætate. Parcendum supplicibus. Pro; exorandus à me, sæpius reperitur mihi. Terentius; Restat Chremes, qui mihi exorandus est.

Annotatio.

¶ Participia verborum substantiuorum, vocatiuorum, & similem vim habentium, nominatiuum post se recipiunt, tum etiam, cum vocatiuus præcessit. Plinius; Salus primus omnium parens patriæ appellate. Sic: O puer future vir bonus & doctus. Ablatiuo iunguntur; Natus, prognatus, *Participia que ablatiuum possunt.* satus, generatus, creatus, cretus, ortus, editus. Virg. stulant.

GRAMMAT. INSTIT. LIB. III.

Virgil. Nate Dea, quo fata trahunt retrahuntque,
sequamur. Sate sanguine Diuum. Anchisa genera-
te. Bona bonis prognata. Fortes creantur forti-
bus. Venus orta mari. Terra editus.

De supinis.

*Quam consecutionis rationem supina à
fronte postulant.*

¶ Priora supina actiue significant, adiungun-
turque verbis motus ad locum. Virg. Scitatum ora-
cula Phœbi mittimus. Terent. Hæc est quam mi-
lès à me nunc ereptum venit. Salust. in Jugur. Ne
ignoscendo malis, bonos perditum eatis. Cicero
lib. 3. de Oratore; Admonitum venimus te non
flagitatum. Lilius lib. 3. Venerunt questum iniu-
rias & res repetitum. Spectatum venit: & inter-
dum Spectaturus. Ire pransum, cœnatum, cubi-
tum, &c. Venum dare, dare filiam nuptum, laten-
tem habere motum quidam volunt: [certè hæc
nullum habent: Terent. Vbi vbi erit, inuentum
tibi curabo, & mecum adductum tuum Pamphi-
lum. Et huic mandes, si quid rectè curatum velis.
Et mansum oportuit. Absolutè etiam supina po-
nuntur cum verbo est: vt; dictum est, cessatum est:
sed hæc iam præterita perfectà sunt impersona-
lium. Sæpè leguntur infinita verbis motus ad lo-
cum adiuncta pro supinis. Plautus; Parasitus ve-
nerat modò aurum petere. Cicero lib. 13. ad At-
ticum; Missi equidem ei nunciari. Lilius; Se missos
rogare Annibalem, vt &c. Sed hoc dicendi genus
Poëtis est vsitatus.]

¶ Posteriora supina adiectiuis quibusdam subij-
ciuntur, & ferè passiuè significant: vt; Turpe di-
ctum; sedum visum; id est; vt videatur. Cic. Optimum
factu. Facile, difficile factu. Facile dictu. Lucun-
dum

DE SYNTAXI. 115

dum auditu, & ad audiendum. Idem; O rem tum
auditu crudelem, tum visu nefariam. Plautus; Me-
moratu lepida. Et illis tribus, fas, nefas, opus, vt;
Dictu fas vel nefas. Scitu opus est. [Valer. Maxim.
libro. 4. Ardua imitatu; ceterum cognosci vtilia.
Hic infinitiuus est loco supini, vt & in his Fab.
lib. 10. Lyricorù Horatius ferè solus legi dignus:
Plin. lib. 19. Facilia concoqui. Idem lib. 7. Paruum
dictu, sed immensum æstimatione: Vbi verbale
etiam pro supino accipitur. Sed illud à Cicerone
dicitur vsitate, Hominum quanta sit mens, diffi-
cile est existimare.]

De gerundijs.

Quid præponi sibi postulent.

¶ Gerundijs in di; præponuntur quædam sub-
stantiua, vt; tempus, locus, studium, voluntas, a-
mor, copia, facultas, aliq; multa: vt; Faciam tibi
copiam inspiciendi librum. Facultas, ars, initium
dicendi. Amor & studium discendi, &c. Et quæ-
dam adiectiua: vt; Cupidus tui visendi, redeundi
domum. Cupidus satisfaciendi. Peritus desinien-
di. Cic. Cæsar. Insuetus nauigandi. Poëtæ infini-
tiuum gerundij loco vsurpant. Virgilius; Studium
quibus arua tueri; Audax omnia perpeti: Dignus
amari. de quo supra annotatum est sub cap. 10.
annotatione 3.

¶ Gerundijs in do; præponuntur quædam præ-
positiones ablatiuum postulantes, vt; in, de, è vel
ex, à vel ab. In tribuendo suum cuique versatur
iustitia. Cic. Quis est tam in scribendo impiger
quàm ego? Idem; Quæ de nihil sentiendo paulò
antè dicta sunt. De aptè dicendo, & de magistra-
tu eligendo. Ex defendendo maior gloria quàm
ex accusando paratur. Cic. A dicendo deterrent.

Et;

Et Amor ab amando dictus est. Interdum transi-
tiue ponuntur hæc gerundia. Cic. lib. 6. ad Atti-
cum: De relinquendo ea quæ me impugnabant.
[Et lib. 3. Tusc. Inuidiæ verbum ductum est à ni-
mis intuendo fortunam alterius. Lilius lib. 10.
Lacessendo quietos, resistentibus cedendo, &c.
Plin. lib. 34. Capillum exprimendo, & capita mi-
nora faciendo, &c. Quintil. Copiam cum iudicio
consequemur, optima legendo atque audiendo.
Sed hic scriptores eloquentes gerundijs adiecti-
uis vtuntur frequentius. Cicero; Orationem au-
tem Latinam efficiens profecto legendis nostris
pleniorem, pro, legendo nostra.] Hoc gerun-
dium etiam absolute ponitur. Virgil. Superanda
omnis fortuna ferendo est. Fabius; Sed memoria
excolendo, sicut omnia, augetur. Terentius; Ille
verberando, ego vapulando vsque ambo. defessi
sumus.

Gerundia in
dum.

Ad.

Inter.

Ob.

Ante.

Circa.

¶ Gerundijs in: dum; præponuntur quædam
præpositiones accusatiuum requirentes, ad, inter,
&c. Cic. Neque res vlla, quæ ad placandum Deos
pertineret, prætermissa est. Plin. Singulare reme-
dium habent ad refrigerandum in morbis cor-
porum ardores. Tacitus; Legatos percussa gens
ad satisfaciendum populo Roman. miserat. Inter
scribendum, inter agendum. Inter cœnam Cice-
ro dicit, non inter cœnandum. Idem; Ob absol-
uendum, Ob tacendum. Virg. Ante domandum,
quod Poëticum est. Fabius: Sed plus eloquentia
circa mouendum valet. Ponitur hoc quoque ge-
rundium absolute cum datiuo & verbo est, &
necessitatem significat: vt; Abeundum est mihi,
id est, necesse est abire. Et cum casibus post se,
Respondendum est mihi aduersario, Carendum
libro, & cæc. Quod est apud Virgilinum: Pacem
Troiano

Troiano à rege petendum, id rarum est, & tamē
Ciceroni semel vsurpatum in Caroue legi: Tan-
quam viam longam nobis quoq; ingrediendum
sit. Sæpius Varroni, Lucretio, Plauto.

Annotatio de gerundijs.

¶ Participialia nomina, quæ gerundiua appel-
lantur, omnes habent casus & genera in vtroque
numero, tanquam nomina adiectiua: vt; Mater
est visenda; Matris visendæ gratia domum profe-
ctus est. Auarus congerendæ pecuniæ studet. Ad
pecuniam accipiendam venit. Prodigus absum-
mendis opibus indulget. Legendis libris erudi-
tio paratur. Suntque hæc interdum venustiora
gerundijs.

DE ADVERBIO.

Cap. xvij.

Aduerbia iunguntur verbis, vel; participijs,
vel; nominibus, & interdum alijs aduerbijs:
vt; Parum perpendit. Temere iudicans. Egregie
impudens. Admodum puer, adolescentulus. Bene
manè. Parum foeliciter. Valde bene.

De aduerbiorum Syntaxi.

Regula prima recipientium genitiuum.

¶ Genitiuum recipiunt aduerbia quædam
quantitatis: vt; Satis, parum, partim, affatim, abun-
dè. Terentius; Satis iam verborum est. Cicero; Ad
dicendum temporis satis. Horat. Parum splen-
doris. Terentius; Paululum supplicij satis est pa-
tri. Cicero; Eorum partim in pompa, partim in
acie illustres fuerunt, pro, quidam. Virg. Fraudis
abundè. Lilius; Affatim lignorum. Item; instar: *instar.*
Cic. Plato mihi vnus est instar omnium. Et; Epistola
volu-

voluminis instar: Nomē esse videtur. Virg. Quantum instar in ipso. Cicero; Terra ad vniuersi cœli complexum quasi puncti instar obtinet. Aduerbia item quædam loci & temporis cum genitiuis coniunguntur. Cicero: Vbi terrarum sumus? Idē; longē gentium. Plautus; Nusquam gentium. Persius; Hucine rerum. Eo loci. Interea loci. Pridie diei, Caesar in 1. & postridie eius diei. Vel sine casu. Plautus; Pridie caueat ne faciat, quod se pigeat postridie. Et; Pridie vel postridie quàm discessisti. Vtrunq; etiam per eclipsim prepositionum ante & post cum accusatiuo iungitur: vt; Pridie & postridie Kalendas Nonas, Idus. Pridie Compitalia, Postridie ludorum Apollinarium. Superlatiua nominū suorum syntaxin recipiunt, vt Cic. in Bruto; De cæsare ita iudico, omnium ferē oratorum Latine loqui elegantissimē.

Regula secunda recipientium datiuum.

Datiuum admittunt aduerbia quædam deducta à nominibus adiectiuis datiuum recipientibus. Cicero; Conuenienter naturæ congruenterque viuere. Horat. Viuere naturæ si conuenienter oportet. Obuiam alicui ire, proficisci, propere, currere, egredi, &c. ab adiectiuo obuius.

Regula tertia recipientium accusatiuum.

En & ecce nominatiuum vel accusatiuum admittunt: sed nominatiuus Oratoribus vsitator est. Virg. En Priamus. In accusatiuo iunctum indignationem significat: vt; En Paradis hostem. En agros. Et sine casu: Terent. En vnquam cuiquam contumeliosius audistis factam iniuriam? Cicero; En causa. Ecce tibi nuncius. Ecce tibi & Bruti & tuæ literæ. Terent. Ecce autem alterum. Cicero; Ecce miserū hominē. Ouid. Ecce Coriana venit.

Propiū

Propiūs & proximē accusatiuum recipiunt, vt Cic. Cur mediū propē. Cic. propiūs urbem. Et; Operam dar, vt castra iinere quàm proximē Italiam sit. Virgilius dixit; propiūs stabulis.

Regula quarta recipientium ablatiuum.

Ablatiuum rei superatæ postulant aduerbia comparatiui gradus: Quintil. Nihil peius est ijs, qui paulum aliquid vltra primas literas progressi falsam sibi scientiæ persuasionem induerunt. Atque hi comparatiui cum alijs quibusdam recipiunt ablatiuum, qui speciem seu modum, quo fit comparatio, significat. Terentius; Triginta dies aut plūs eo, in nauī fui. Tecum plūs anno vixi. Diutiūs anno in prouincia fui. Romæ non plūs triduo fuit. Minūs horis tribus. Duobus numis minūs est. Terent. Cui minūs nihilo est. Vbi adhibet plūs paulò. Longē aliter. Multò antè. Paulò pòst. Longo post tempore venit.

Regula quinta. De modis quorundam aduerbiorum.

[Postquam, vbi, cum, simul, simulac, simulacque, quemadmodum, vt, vtcunque, sicut, tum indicatiuis modis, tum subiunctiuis congruunt. Vt pro postquam; indicatiuo iungitur. Quasi, tanquam, ceu, perinde, acsi, haud secus acsi, subiunctiuo gaudent. Ne prohibentis subiunctiuum requirit, vt; Ne feceris, ne dixeris. Poëtæ etiam imperatiuis addunt, vt; Ne nega, pro quo barbarè dixeris, non feceris, non fac, non nega. Illud enim non; imperatiuis verbis non rectè iungitur, sed alijs modis omnibus apponi potest: vt; Non nego, non negarem, non negassem, non negare; Non; interrogantis indicatiuo iunguntur.]

R QDE

Cic. Quoad eius facere poteris. Et pridie eius diei, Caesar in 1. Postridie eius diei. Cic. postridie absolutio- nis, ad Attic. Idem ad eundē vsq; ad pridie Kalendas.

Virgil. En quo discordia ciues. Perduxit miseros.

vt Cic. Cur mediū longiūs aduersariorum castris & propiūs urbem mouentur. Idē; Nihil lacryma citius arefcit.

Ablatiuus modum comparationis significat

Coniunctionum officium est, connectere dictiones & sententias. Copulatiuæ & disiunctiuæ, similes vel dissimiles casus coniungunt: vt; Mei parentes & tui. Liber tuus & fratris. Cicero; Neq; enim prudentiorem quenquam ex tuis, neque fide maiore esse iudico, neque amantiorem tui. Modos similes, non etiam tempora. Terent. Et tædet, & amore ardeo. Aut bibe, aut abi.

¶ Ergo siue coniunctio, siue aduerbium, genitiuo constructum legitur, pro causa: vt; Illius ergo. Virtutis ergo.

De modis quarundam coniunctionum.

¶ [Quamquam, etsi, in principio modum indicatiuum postulant: in medio vel; indicatiuum vel; subiunctiuum. Quamuis tamen, etiam, rariùs principia tenent, utrunque verò modum admittunt. Quando, quandoquidem, quatenus, quoniam, indicatiuo iunguntur. Cum præcedens & tum sequens indicatiuum possunt. Quippe, cum solum ponitur indicatiuo gaudet: cum habet adiunctum, qui, quæ, quod, vel; cum, ferè subiunctiuo. Ut qui & utpote qui, subiunctiuo quoq; amant, sicut etiã ut pro quamuis. Ni, subiunctiuo mirùni indicatiuo, nisi, si, siquidè, quod, quia, & indicatiuo & subiunctiuo iunguntur, sed nisi in principio sententiæ magis indicatiuum amat. Cic. Nisi ego insano stultè omnia agi iudico. Et in hoc genere si postulat indicatiu. Idè; Is malè intellexit si quisquã malè intelligit. Ne, an, num, cū sunt interrogantis, indicatiuū tantū recipiunt, cū dubitantis, vel indefinitè posita, subiunctiuum, vt; Superestne? Terent. Num cogitat quid dicat? Idem;

Idem; Vise, redieritne, iam, an nondum domum. Quando, quandoquidem, quatenus pro siquidè, vel quoniam, indicatiuum postulant.]

DE PRAEPOSITIONE.

Præpositiones vna & triginta accusatiuum requirunt: vt; ad, apud, ante, &c. vt; Venit ad me; *Vide lib. 2. &* Apud me est, vel; sedet, &c. Illud ad locum, hoc *enumerationè* in loco significat. [Illud quoq; interdum pro iu- *repete ex rudi-* xtra ponitur, vt; Bellum ad Troiam gestum. Cis & *mentis.* citra idem valent, quibus contrarium est ultra, cum motu & sine motu, iungunturq; ferè montium, & fluuiorum nominibus, vt; Cis Tanrum, Cis Euphratem, Citra Leucadem. Citra ponitur etiam pro sine. Circa de quiete dicitur: Circum tam de motu quàm de quiete, vt; Circum axem ferri. Aedes quæ circum forum sunt. Circiter ad tempus & numerum refertur. Vsque, præpositum nomini proprio, vt; Vsque Romam, Puteolos: præpositum communi, vt; Vsque ad urbem, Vsque in Galliam, Vsque ad Calendas Maias. Dicimus & Vsque; à, vel; ab: vt; Vsque à mari supero Romam profectus est. Versus semper postponitur. Cicero; Cum Brundisium versus ires ad Cæsarem. Romam versus profectus, Plautus; Ego portum versus pergam. [Pone quas Cicero de vniuers.] Intra duos annos vel menses, non infra. Refertur enim infra ad locum & dignitatem, intra ad tempus: vt; Infra tectum, infra dignitatem tuam. Intra cum spacium loci notat, opponitur extra, & infra supra. Sexdecim volunt ablatiuum: vt; à, ab, abs, & cætera: vt; à Cicerone scripti sunt libri sex de Republica, Ab illo, Ab Ioue. Non ab re fuerit, vel; haud abs re, Abs te, nò autem abs me,

*Cic. Ex amore
nominata est
amicitia.*

nec abs illo dicimus. [Absque pro sine reperitur apud Plautum & Terentium, non apud Cicero- nem] &c. Quatuor accusatiuum vel ablatiuum recipiunt, vt in, sub, super, & subter, sed diuersa ferè significatione.

In.

¶ In; exigit accusatiuum, cum motum ad rem significat: vt; Redire in Hollandiam, Cogitare in Galliam. Sed cum in re versari significat, ablatiuū vt; In conclauī sedere. Præterea in, seruit accusatiuo, cum significat ad, erga & contra, vel pro: vt; Comoda mihi codicem istum in hoc biduum, vel in duos dies. Cic. in præsens, in posterum, &c. Viuere in horam, in diem, in dies, In dies singulos magis magisque, &c. Est in rem tuam. Amor in te, meus, studium, officium. Inuectiua Ciceronis in Catilinam. Animaduertere in sceleratos. Cic. Prætor in remiges pecuniam imperauit, id est, pro, &c. In os laudare, pro coram apud Terent. In vulgus probari, pro vulgò apud Ciceronem. Incidere in æs, & in ære. Includere in carcerem, & in carcere. In vtramuis aurem dormire. Teren. In vtrumuis oculum conuiescere, Plautus. Cic. In deos reponere. In bonis esse, pro inter.

Sub.

¶ Sub requirit accusatiuum cum significat motum: Virg. Postelque sub ipsos. Nituntur gradibus. Cic. Negotium transegisset, nisi se sub scalas tabernæ librariæ coniecisset. Omnia sub acumen styli subeant necesse est. Cadere sub aspectum, sub tactum. Cadere sub intelligentiam, &c. Vel cum ponitur pro paulo ante vel paulo post, vel pro per. Liuius; Sub idem tempus, Sub lucem apertis portis urbem ingrediuntur, Cic. Sub vesperum.

perum. Sub noctem. Sub dies festos. Sub eas statim recitatæ sunt tuæ, id est, post eas literas. Virg. Sub noctem cura recurfat. Ablatiuum, cum in loco versari significat: vt; Sub terra habitantes homines. Iacere sub arbore. Sub diò. Sub Ioue frigido, Horat. Sub oculis id est ante, Cæsar. Terent. Sub vrbe est agelli paululum.

Super & subter.

¶ Super cum pro vltra vel prope ponitur, accusatiuum postulat. Virgilius; Super Garamantes & Indos Proferet imperium, id est vltra. Accusatiuum & ablatiuum, cum situm in loco significat, sed magis accusatiuum extra carmen: Cic. Super terræ tumulum noluit aliquid statui. Virgil. Fronde super viridi, Super pro de, cum ablatiuo iungitur: vt Idem; Multa super Priamo rogitas, super Hectore multa. Cic. Super hac re ad te scribam. Subter eadem significatione iungitur vel; accusatiuo vel; ablatiuo, sed accusatiuo sæpius. Virg. Occultas egisse vias subter mare. Cic. Plato iram in pectore, cupiditatem subter præcordia locauit. Virgilius; Subter densa testudine.

*Super accusati-
uo iungitur:
Sed cum abla-
uo pro de po-
nitur.*

¶ Præpositiones ablato casu fiunt aduerbia. Cic. Omnia quæ supra subterque sunt. Et Draco serpit subter, supraque reuoluens sese. Salustius; Hyemem atque æstatem iuxta pari, id est, æquè. Virgilius; An mare quod supra memorem, quodque alluit infra.

¶ Præpositiones aduerbijs apponi separatim non possunt. Nam barbarè dicuntur; ex nunc; pro tunc, & cætera: vt proximè superiori libro annotauimus.

Hei. Hei & vā datiuus iunguntur: Terent. Hei mi-
sero mihi. Virg. Hei mihi qualis erat, & cæt.
Martialis; Carpere causidicus fertur mea carmi-
na, quis sit, Nescio, si sciero, vā tibi causidice. Te-
rent. Vā capiti tuo.

Ų Et sine casu. Virg. Mantua vā miseræ nimium
vicina Cremonæ.

Ų Accusatiuo inunguntur vel nominatiuo: heu,
prō, & o, & duo posteriora etiam vocatiuo: Ci-
cero; Heu me infelicem, Virgilius; Heu pietas,
heu prisca fides. Pro, cum significat imploratio-

Heu. nem, accusatiuo iungitur. Cicero; Prō deorum
nem, indignatis, atque hominum fidem. Cum inuocationem, vo-
catis, admirantis, catiuo. Idem; Prō sancte Iupiter. Vel cum admi-
rationem. Prō Iuppiter supreme. Terentius; Prō
dij immortales. Cicero; O variam volucremque
fortunam. O te infelicem. O domus antiqua. O

O. Iupiter, &c. Hem cum nominatiuo: Terentius;
Hem puer, hercule puer est. Cum datiuo: Hem
tibi. Cum accusatiuo: Hem Dauum tibi. Cum

Hem. vocatiuo: Hem mea lux. Eheu accusatiuo iun-
gitur: Cicero; Eheu conditionem huius tempo-
ris. Terentius; Eheu me miserum. Sic apud eun-

Eheu. dem ah: Ah me miserum. Cæteræ interiectiones
sæpius sine casu interijciuntur orationi, vt; hui,
ehou. Inuenitur interdum accusatiuus, exclama-
tionis interiectione subaudita, vt; Me miserum,
sed licet ò vel heu. Indignum facinus.

Ab.

De

De ordine Grammatico pueris prescripto, quo
Latine & artificiosè constructa verborum pe-
riodus interpretationis euidentiori gratia sol-
uitur. Caput xxxj.

CVM certam loquendi scribendique rationem
Grammatica doceat, primumque verborum
simplicium naturam, deinde coniuñtorum con-
secutionem tradat, quorum superius in libro se-
cundo, qui est de Etymologia, seu Analogia, ma-
gna ex parte explicatum est, alterum in hoc Syn-
taxeos opere quod propemodum iam absolui-
mus: Utile fore pueris arbitramur certum illum
Grammaticum quem in scriptorum interpreta-
tione seruare solent, ordinem cognoscere, ad quē
Latine & artificiosè numerosèq; ab elegantibus
structam scriptoribus orationem reuocent, vt
quid primo ponendum sit loco, quid secundo,
quid tertio, quid item reliquis, hoc obseruato na-
turali verborum ac rerum ordine, facilius intelli-
gant. Si vocatiuus erit, ab eo primum incipienda
sententia est. Hinc statim veniendum ad nomi-
natiuum, & huic siquid ab eo pendeat, adden-
dum est. Tum ad verbum, si personale erit. Vt hæc
Catonis sententia in libello Ciceronis de sene-
ctute; Aptissima omnino sunt Scipio & Læli, arma
senectutis, artes, exercitationesque virtutum, &c.
ita collocatur ordine Grammatico: O Scipio &
Læli, artes & exercitationes virtutum, sunt om-
nino aptissima arma senectutis. Sin impersonale
verbum est, ab hoc statim initium faciendum
est ordinis, quemadmodum & ab accusatiuo,
quem ante se requirit infinitiuus, vt hæc Cicero-
nis verba in primo libro de officijs; Hæc prescri-
pta seruante, licet magnificè, grauitè, animosèq;
R. 4 viuere:

viuere: sic ordinantur: Licet seruantem hæc præscripta viuere magnificè, &c. Et hæc; Miserum est fuisse foelicem, sic collocantur: foelicem fuisse est miserum, &c. In quauis structura quoniam nulla sine verbo perficitur oratio, ante omnia quærendum est verbum, & quid huic vel præpositum vel adiunctum sit, videndum. Sunt & alia multa præter vocatiuum, à quibus orationem ordiri licebit: vt sunt aduerbia; vocandi, hortandi, optandi, demonstrandi, prohibendi. Et voces interrogatiuæ: vt; Quem vidisti? vbi vidisti? Tum coniunctiones multæ, & interiectiones omnes. aliaque præterea nonnulla, vt; cum, dum, quando, quandoquidem, donec, &c. vt; O Pamphile salue. Age dic. O si recuperari tempus elapsum possit. Ne iures. Donec eris foelix multos numerabis amicos, & cætera.

De periodis seu distinctione orationis per commata, cola, & periodos.

¶ Periodus, seu ambitus, seu comprehensio est absolutio sententiæ. Eius partes duæ sunt; comma, seu incisum; & Colon, seu membrum. Incisum membri pars est imperfectam continens sententiam, constatque vel vno vel pluribus verbis. Membrum est, integra quidem & plena sententia, sed aliò relata, & constat ferè ex incisus. Interdum sine periodo membratim distinguitur oratio. Periodus est continuatio incisorum & membrorum perfectam comprehendens sententiam. Terent. Facile omnes, cum valemus, recta consilia ægrotis damus: tu si hic sis, aliter sentias. Idem; Nunquam ita quisquam bene subducta ratione ad vitam fuit, quin res, vsus, ætas semper aliquid appòrter noui, aliquid admoneat, vt illa, quæ te

scire

scire credas, nescias: & quæ tibi putaris prima, in experiundo repudies. Comma notatur hodie puncto ad imum literæ, sinistrorsum inflexo: Colon duobus punctis: Periodus vno ad imum literæ adiecto. Veteres, vt scribit Donatus, vnicū ad quamuis orationis distinctionem punctum adhibebant, & incisum notabant puncto ad imā literæ partem collocato, membrum ad mediā, ambitum ad summam.]

Annotationes ad Syntaxeos regulas.

In tres concordantium regulas, primam, secundam, & tertiam.

De Syllepsis seu conceptione generum.

SYLLEPSIS, quam conceptionem vocant, duplex est, generum & personarum. Syllepsis generum dicitur, cum diuersi generis & sexus substantiuus copulatiua coniunctione sociatis, additur adiectiuum plurale digniori generi congruens: vt; Pater & mater sunt amandi, quos iubemur honorare. Parentes mei sunt defuncti, hæc implicita conceptio dicitur, in qua substantiua non explicantur, sed in aliqua voce intelliguntur: Et; Nudus vterq; fuit, id est, Adamus & Eua. Et; Latona peperit gemellos, id est, Apollinem & Dianam.

De substantiuus rerum inanimatarum.

¶ Duo inanimata generis eiusdem vel diuersi adiectiuum vel relatiuum plurale neutrum postulant: vt; Cælum & terra sunt à Deo condita. Duobus tamen eiusdem generis substantiuus adijci potest etiam plurale simile: vt; Codex & culter meus sunt amissi, quos nondum recuperavi. Iuuenalis; Lex & plebs coactæ. Ex hoc vno

R s exemplo

exemplo Grammatici contendunt foemininum genus dignius esse neutro, cum multò sæpiùs diuersum reperiatur, & certè in illo ipso exemplo rectiùs diceretur; coacta sunt. Vsurpatur & implicitè regula quam vocant indifferentiæ, vt si de aqua & igni loquens dicas; vtrumq; homini esse necessarium. Plautus; Vtrumque hæc & multiloquã & multibiba est anus. Idem; Dic vtrũ spermene, an matrem te resalutem pseudole & pseudo. Charine, imò vtrumque. Char. salue igitur vtrumque. Quod si tantum substantiuorum alterum significet sexum, alterum rem inanimatam, adiectiuum vel relatiuum plurale ferè masculino genere adijcitur, per syllepsim generum. Cic. lib. i. officiorum: Propter summam & doctoris auctoritatem & vrbis, quorum alter te scientia augere potest, altera exemplis.

De syllepsi seu conceptione personarum.

CONCEPTIO personarum est; cum diuersæ personæ substantiuis, seu suppositis & coniunctione colligatis, apponitur verbum plurale digniori personæ congruens: vt; Ego & tu tanto oneri sumus impares. Virg. Spolia ampla referitis tuque puerque tuus. Nos & omnes mortui sistemur iudici Christo.

De Zeugmate.

ZEUGMA fit, cum plura inter se iuncta substantiua vni verbo vel adiectiuo cum proprio consentienti connectuntur. Zeugma item vt syllepsis duplex est, eo tantum discrepans, quòd in syllepsi substantiua vel supposita coniunctim, hic separatim connectantur: illic digniori seu præstantiori congruant, hic propiori.

De

De Zeugmate per adiectiuum.

ZEUGMA, quod fit per adiectiuum, est, cum tribuitur adiectiuum alteri substantiuorum coniunctione copulatum, genere vel numero discrepantium, eiq; viciniore, & tacitè ad alterum refertur: vt; Non est expetenda gloria, neque diuitiæ: subaudi, sunt expetendæ. Virgil. Caper est tibi saluus & hoedi, sub audi, sunt salui.

De Zeugmate per verbum.

ZEUGMA quod fit per verbum, est, cum verbum tribuitur alteri substantiuorum persona vel numero discrepantium, quod est propinquius: vt; Non aurum foeminam exornat, sed mores boni. At, si per aduerbium similitudinis vel comparationis Zeugma fiat, adiectiuum vel verbum in fine positum cum priore congruet, non cum viciniore: vt; Cicero; Hoc tempore nihil magis ego quàm vos subsidio Domitio ire possum. Terent. Talem filium nulla nisi tu pareret. Plin. Tantum ipse quatum omnes habet. Aliter interdum Poëte loquuntur: Virg. Nihil hic, nisi carmina defunt. Et ipse aliquando Cicero; Nec minùs intelligo me vobis quàm vos mihi esse iucundos.

De prolepsis.

PROLEPSIS dicitur, quum dictio generalis numero ferè plurali præcedens, rursus in partibus singularibus intelligitur: vt; Omnes studet, hic scientiæ, ille pecuniæ, alius voluptati, subaudi studet. Prolepsis est aliquando implicita, cum totum in verbo subauditur. Teren. curemus equam vterq; partem. Figuram fecerunt, quod hic totius & partiu in distributione discordia esse videatur. Verbu enim vel adiectiuum repetitũ in partibus nume-

Virg. Cæsoque
reportant Al-
monem puerũ
sedatiq; ora
Galei.

numerum suum mutat, ut; improbi sunt multi, alius natura, alius educatione. Si totum pluralis tantum numeri sit, eiusdem & partes esse debent: ut, binas à te literas accepi, alteras Lutetiae datas, alteras Louanij. Sin vtrunque habeat numerum, singulariter apponentur partes: ut Scripsi duas epistolas, alteram breuem, alteram bene longam.

De Synthesi.

¶ Interdum adiectiuum, relatiuum, vel verbum ad sensum & rem significatam magis refertur, quam ad vocem, ita ut nec genus interdum, nec numerus congruat. Liuius; Maxima pars ab equitatu in flumen acti. Terentius; Vbi illic scelus est, qui me perdidit. Et; Vt illum, dii deaque senium perdant. Virg. Pars in frustra secant. Id autem ideo fit, quia nomina collectiua numero singulari multitudinem significant, & ex eo plurale verbum recipere posse videntur. Terentius Eunuchum dixit velle te, quia sola vtuntur his reginae, s. eunuchis. Albula pota deo, id est Albulæ fluij aqua. Terentius in Eunuchum suam, id est, fabulam. Hanc figuram synthefin vocauerunt, Poëtae & Historici vsurpatam, non Oratoribus. Sed hæc dicuntur vsitate: hoc genus, id genus, & cæt. pro eius generis. Id temporis pro eo tempore: id ætatis [& istuc ætatis apud Terentium] pro, ea ætate. Cicero; Id ætatis iam sumus, vt omnia fortiter ferre debeamus. Idem; Milo profectus est id temporis, cum &c. Idem; Orationes aut aliquid id genus soleo scribere, sed hoc rariùs videtur, Illud frequentius; Eius generis homines. Istius generis alotos.

*Synthesi Græcè
dicitur, Latine
Intellectio.*

In concordantium regula secunda annotationem primam.

¶ Nonnunquam repetitur antecedens. Cæsaris Erant omnino itinera duo, quibus itineribus domo exire possent. In secundam annotat. Illud Horatianum notandum est, non imitandum. Mammaeque putres, equina quales vbera, pro qualia. Nam qualis, quantus, &c. cum sequenti substantiuo congruunt, vt dictum est.

In regulam tertiam concordantium.

¶ Verbum semper concordat cum pronomine aut expresso aut intellecto: vt; ego lætus cano, tu tristis taces. Nos læti canimus, vos tristes lugetis. Virgilius; Coram quem queritis adsum Troius Aeneas. Atque hæc est figura, quam Grammatici Euocationem vocant. Voluerunt enim illi tertiam tantum personam in nominibus esse, & figuram dici, cum nomen verbo primæ vel secundæ personæ præponitur, eamque explicitam esse, cum exprimitur pronomen: implicitam, cum reticetur.

¶ In quintam concordantium regulam; Flumen Rhenum apud Horatium. Flumen Rodanum apud Cæsarem. Vrbs Butroti & Putauj, oppidum Antiochiæ [sed rectius, oppidum Antiochia apud Ciceronem] Fons Timai, apud Virgilium. Arbor fici apud Ciceronem, per antiptosim dicta videntur, & rara sunt. Verum vsitate dicitur, crimen ambitus, maleficij, prodicionis, veneni, læsæ maiestatis.

¶ Duabus de causis in Appositione substantiua ponuntur in diuerso numero: vel cum alterum est plurale tantum vnus rei, vt; vrbs Athenæ: vel cum alterum collectiuum nomen est, vt; Aborigines genus hominum agreste. Alioqui sint eiusdem

dem numeri substantiua. Non enim dici potest, flumina Rhenus.

In regulam primam capitis 2. Supprimatur interdum substantiuū alterum. Terent. Vbi ad Dianæ veneris, subauditur, ædem. In primam obseruationem: Sic desiderium tuum dicitur, quo tu desideras: sed desiderium tui, est alterius qui te desiderat. Sunt tamen quædam, quibus nullo discrimine licet uti, velut fama, imago, tua, sua, vel tui, sui. causa tua tantum dicitur, non tui.

¶ Nonnunquam duo genitiui eidem nomini adduntur. Cic. Iamne sentis belua, quæ sit hominum querela frontis tuæ?

¶ In secundam regulam substantiuorum recipientium genitiuum. Pro eo quod nonnulli dicunt, Quot annorum es? octo vel decem annorum, elegantius dicemus: Quot annos natus es, vel quot annos habes? Puer est octo vel decem annos natus. Et pro, puero vnus, duorum vel trium annorum, anniculus, bimus, trimus, &c. Vsurpantur etiam partitiuè quidam positiui. Plin. Vulturum præualent nigri; Sola auium.

¶ In regulam primam capite. 4. Adiectiuum quandoque subauditur. Liuius; Ea modo quæ igni restinguendo forent, portantes: subaudi, idonea, vel simile adiectiuum. Idem; Diuites conferrent, qui oneri ferendo essent.

¶ In regulam secundam. Discernuntur à nominibus participia in: dus, quod nomina tempore careant: & exponuntur per verbum debet, vel oportet, vel per nomen dignus: Participia futurum tempus significant.

¶ In regulam primam cap. 5. Interdum mensuræ nomen in genitiuo ponitur. Columel. Areas latas pedū denū, lōgas pedū quinquagenū facito.

¶ In

¶ In regulam proximè inferiorem. Adiectiuæ de toto dicta intellige, quæ corporis vel animi qualitatem indicant. In rebus externis, inquit Valla; non fit synecdoche, vt; potens diuitijs.

¶ In regulam primam cap. 7. Comparatiuorum naturam habere videntur etiam diminutiua. Terent. Thais quàm ego maiuscula est.

¶ In regulam quartam. Opus est, cum genitino rariùs est. Ouidius; Non minor est virtus quàm querere, parta tueri: Casus inest illic, hic erit artis opus. Dignus quoque & indignus genitiuo iuncta reperiuntur. Cic. de aruf. resp. dignum huuius imperij dicit. Virg. indignus auorum. quæ non temere sunt vsurpanda. Olim absente & presente vtriq; seruibant uumero. Terentius; Nescio quid profectò absente nobis turbatum est domi, pro, absentibus nobis.

¶ In caput 8. de pronomine. Possessiua pronomina præter hos genitiuos ipsius, solius, &c. admittunt interdum genitiuos nominum substantiuorum. Liuius; Quod meum factum dictumve Consulis grauius, quàm Tribuni audistis?

¶ De verbis ante se nominatiuum exigentibus. In his verbis, aiunt, ferunt, &c. nominatiuus intelligitur, vt homines. Sunt qui dicant; scilicet homines. Quædam sunt impersonalibus similia vt; pluit, ningit, rorat, fulgurat. Lucet, lucefcit, aduesperascit, &c. Inuenitur interdum nominatiuus additus. Tibullus; Multus & in terris deplueratque lapis. Et alij obliqui, vt; pluit lacte, sanguine, &c. Impersonalia nullum ante se casum admittunt, vt; ædet, misertum est, statur, fieri solet, ferè fit, &c. In caput. De verbis post se nominatiuum postulantibus.

¶ Apud Poetas nominatiuus inuenitur pro accu-

GRAMMAT. INSTIT. LIB. III.

accusatio per antiprosim. Lucanus; Turumque putavit iam bonus esse iocer. Ovidius; Sed enim quia rettulit Ajax esse Iouis pronepos, &c.

¶ Audies perfidus, id est, dicēris. Horat. Tu recte facies, si curas esse quod audis, id est, quod diceris: A Græcis accepta locutio est.

¶ In regulam quartam verborum genitium recipientium. Memini pro recordor genitium vel accusativum admittit, sed cum significat mentionem facio, genitio tantum iungitur, & interdum ablativo cum præpositione. Cicero; Veteris proverbij admonitu viorum memini. Idem; Meministi ipse de exulibus. Quamvis autem, obliuiscor amoris & amorem dicamus, non dicimus tamen, teste Capro, ne sis oblitus nos, sed oblitus nostri. Reperiuntur hæc, Pendet animi, discrucior animi, Animi se angebat, apud Terentium, pro angor animo, quod vsitatum est. Illud Virgil. Iustitiæne prius mirer, belline laborum, & similes locutiones à Græcis profectæ videntur, in quibus subauditur τὸ ἰστῶν, id est, causâ.

¶ In regulam proximam. Apud Comicos nominatiuus his impersonalibus, oportet, pudet, & miseret, præponitur. Terent. Quæ assolent, quæq; oportent. Et; Non te hæc pudent? Plautus; Nemini misereri certum est, quoniam mei nemo miseret. Sed hæc vsitata non sunt.

¶ In regulam sextam; Interest & refert admittunt hos genitios; tanti, quanti, parvi & magni, positivos tantum. Cætera huiusmodi per aduerbia efferuntur: vt; Plus, plurimum refert. Nihil interest, minus, minimum, non autem minoris vel minimi.

¶ In regulam septimam. Belli domique apud Horat. est; Me primis vrbis belli placuisse domiq;. Sed

DE SYNTAXI.

Sed Cicero libro secundo Officiorum ablativo, bello, vt maluit; Neminem neque ducem bello, nec principem domi magnas res & salutare sine hominum studijs gerere potuisse. Terentius; Domi focique. Quintilianus; In domo. Rure pro ruri. Horatius; Quinque dies tibi pollicitus me rure futurum. Leguntur nonnunquam insularum nomina in genitio posita. Cicero ad Atticum; Cum Corcyra epulati essemus hilarem in modum. Et; Sicilia cum essem.

¶ In regulam primam regentium datiuum. Certo & pugno. Græcè iunguntur datiuo; vt; Certat tibi: sed Latine ablativo cum præpositione: vt; Certat tecum. Et certant donis inter se. Sic pugnare duobus Græcè dicitur: sed Latine, pugnare cum aliquo. Pugnare de loco, è muris, ex equo, inter se pugnant, in vel contra hostes, aduersus latrones.

¶ Ausculto tibi, id est, obedio, Ausculto te; id est, audio. Audio tibi non dicimus, sed dicto audiens, id est, obsequens. Nam audire cum accusatiuo significat etiam parere præcipienti, vel credere. Cicero; Nunquam labere, si te audies. Te audi, tibi obtempera. Nec Homerum audio. Et sine verbo; Nec audiendi quidam, id est, non credendi, Fab. Timeo & metuo tibi vt amico, sed te, vt inimicum. Metuo virgas, metuo natibus meis. Terentius; Metui à Chryside. Cicero; Timeo mihi abs te. Sic formido. Plautus Amphitryone; Formidat auro, ne surripiatur. Idem; Nimis que hercle ego illum male formidabam, ita frendebat dentibus. Et; formido male, ne ego nomen commutem meum. Consulere cum datiuo, est rationem habere, providere, mederi. Consulo tibi pro

Timeo tibi
de te, & timeo
mihi abs te.

Consulo.

accusatio consilium petere, & deliberare: vt
 Consule famæ tuæ. Consule vires tuas. Cōsulere
 in longitudinem, in commune. Pessimè istuc in
 te atque in illum consulis, Terent. Imponere cum
 datiuo, est decipere, vnde impostura, est fraus
 impostorum. Aliud est imponere aliquem hume
 ris, & imponere alicui onus.

¶ Sunt quæ varijs modis efferuntur: vt, Detra
 here aliquid alicui & de aliquo. Inuidere datiuū
 & accusatiuum recipit. Plin. Neque ego, vt mul
 ti, inuideo alijs bonum quo ipse careo. Assentari:
 Cicero; Tibi assentatur: Terentius; Imperavi ego
 met mihi omnia assentari. Sic adulari. Itemque
 palpo & palpor deponens: Horatius; Cui malè si
 palpere, recalcitrat, Iuuenal. Quem munere pal
 par. Carus. Præstolor te & tibi. Terentius; Quem
 præstolare Parmeno? Cicero; Qui tibi ad forum
 Aurelium præstolarentur. Occumbere mortem
 & morti. Temperare sibi, in aliqua re, à menda
 cio, id est, abstinere. Temperare Remp. optimis
 consilij. Temperare victoriam. Aliquid inter se
 mittere & temperare. Moderari animo, iræ. Mo
 derari nauem, consilia. Moderari & regere ali
 quem. Scribere aliquam rem versibus. Scribere
 versibus libros de aliqua re. Literas scribere, Ad
 aliquem scribere sæpius dicimus quàm alicui.
 Scribere aliquem heredem. Damus literas alicui
 vt ferat, Damus literas ad aliquem, vt accipiat sibi
 missas. Mittere alicui & ad aliquem. Referre ali
 cui, id est, narrare. Referre ad senatum, id est, in
 senatu proponere. Consentire sibi & secum, &
 constare sibi. Idem; Omnes partes inter se con
 sentiunt, id est, conueniunt, & consentaneæ sunt.
 Sed Assentiri alicui in senatu de sententijs. Rei
 alicui assentiri. Dissentire aliquem ab aliquo vel
 cum

cum aliquo de aliqua re. Sic dissidere & discre
 pare. Hoc est in rem tuam, vel; ex re tua, id est,
 vtile tibi Terent. Quæ in rem tuam sunt, ea ve
 lim facias. Plaut. Ex re tua feceris. Cic. Facis ex di
 gnitate & ex Republica. In re mea est, etiam apud
 Plautum legitur; Antecedit cæteris, Cic. Antece
 dit cæteros, Cæsar.

¶ In secundam. Studeo, pro operam do, recipit
 datiuum, pro cupio vel volo, accusatiuum. Terent.
 Quin tu hoc potiùs stude. Cicero; Vnum omnes
 sentitis, vnum omnes studetis. Incumbere præter
 datiuum habet etiam accusatiuum cum præposi
 tione: vt; Incumbit in studia, vel; ad studia apud
 Ciceronem. Induere se in laqueos, pro implicare
 & impedere, apud eundem.

¶ In tertiam. Terminatione quidem sunt sex
 tantum casus, sed ex significatione fecerunt octo,
 quorum octauus similis est datiuo, poëtis vsurpa
 tus, septimus est ablatiuus instrumenti.

¶ In secundam recipientium accusatiuum.
 Verba vocandi actiua & his cognata duos etiam
 accusatiuos habent: sed non diuersos [vt verba
 docendi] vt; Omnes te beatum vocant. Illum in
 foelicem appellant: Præsta te virum. Virum te iu
 dico. Facit te Deum.

¶ In tertiam. Accusatiuus & ablatiuus spacium
 temporis significantes, nonnunquam præposi
 tionem admittunt. Cicero Attico: Tenuisti pro
 vinciam per decem annos. Et ablatiuus speciem
 temporis significans: vt; de nocte, in ipso tempo
 re, ad diem statutum, &c.

¶ In quartam. Sic dicimus; Est qui te conuen
 tum cupit. Hunc ego honoris causa nominatum
 volo. Terentius; Huic mandes si quid rectè cura
 tum velis. Volo me excusatum tibi, defensam
 S 2 Remp.

Remp. Vos oratos volo, admonitos, & cætera.

¶ Accusatiuus vicem, sæpè ponitur pro ablatiuo. Liuius lib. 1. ab vrbe cond. Suam quisque vicem officio functus est. Et 3. ab vrb. cond. Vt hoc insigne regium in orbem, suã cuiusque vicem per omnes iret. Dolere vicem. Cicero; Nihil eius vicem doleo. Legitur & magnam partem. Cicero; Magnam partem ex Iambis nostra constat oratio.

Potiri.

¶ In regulã primã annotationem tertiam sub cap. 15. Potiri hostium, est redigere in potestatem sed aliquando significat venire in hostium potestatem. Plaut. Gnata mea hostium est potita, neq; ea nunc vbi sit, scio. Idem aliã sapius eandem dicendi figuram repetit.

¶ De supinis. Posteriora supina verbis motus à loco rariùs adijciuntur: Cato; Primus cubitu surgat, postremus cubitum eat. Redit venatu. Sæpiùs nominibus verbalibus, à quibus certè illa nihil differre videntur: Cæsar lib. 2. belli Gallici; A decimã legionis cohortatione profectus. Liuius; Ab oppugnatione recessum.

¶ De gerundijs vide Laurentium Vallam libro primo de linguã Latinã elegantiã, cap. 27. Quoties (inquit) oportet loqui per relatiuum, necesse est loqui per gerundium, non gerundiuum: vt; Hic dies attulit initium dicendi quã vellem, non autem, dicendorum eorum quã vellem. Adijciuntur interdum gerundio genitiuus pluralis imitatione Græcorum. Terent. Date crescendi copiam nouarum, hoc est; vt nouã comœdiã crescant, in prologo ad Heautonti. Cicero; Reliquorum siderum, quã causa collocãdi fuerit, in alium sermonem differendum est. Idem in Philippicis; Agitur, vtrũ M. Antonio facultas detur agrorum suis latronibus condonandi. Varro lib. 2. de re ru-

re rustica; Aliquod fuit principium generandi animalium. Gell. lib. 5. Euarchus caufarum orandi cupidus. Sæpè genitiuus singularis accedit gerundio. Cæsar; Subitò eruptione facta. neque cognoscendi quid fieret, neq; sui colligendi hostibus facultatem relinquunt: Liuius lib. 21. Non vereor, nequis me hoc vestri adhortandi causa magnificè loqui existimet, quã propter casus similitudinem sunt vstatiõra, sed illa propter dissimilitudinem duriora, nec temere imitanda. Substantiuã; quibus gerundia subiiciuntur, sæpè pro gerundio iufinitiuum accipiunt. Cicero; Tempus esset iam de ordine argumentorum dicere, pro dicendi. Cæsar libro 5. Respondit non esse consuetudinem populi Rom. accipere ab hoste armato conditionem. Et libro septimo. Galli postero de consilium ceperunt ex oppido profugere, id est, profugiendi.

¶ Gerundium in do; rariùs, sed tamen interdum motum significat. Cicero, lib. 2. de Oratore. Ipse à dicendo refugisti. Et lib. 3. A regendis ciuitatibus totos se ad cognitionem rerum transfulerant. Et in Bruto; Traducti à disputando ad dicendum inopes reperiuntur. Et in Verrem; Non videor omnino à defendendis hominibus subleuari disque discedere. Additur etiam præpositio cum. Fab. Nam & scribendi ratio coniuncta cum loquendo est. Singulari forma dicitur: Soluendo esse, vel non esse: & addito nomine: Liuius; Ne tamen soluendo æri alieno respublica esset. Fab. Pauperi soluendo nõ sumus. Ad hãc formã etiam Liuius dixit; Fretus legatũ esse tolerando certami ni. Et; Vt diuites constitueret & qui oneri ferendo essent. Gerundia ferè actiuè significat, rariùs passiuè: Virg. Vritq; videndo scemina, id est, dũ videtur. Ad intelligendum faciliè, id est, vt intelligatur.

Soluendo esse
datiuus videtur.

GRAMMAT. INSTIT. LIB. III.

¶ Gerundium adiectiuum, seu gerundium non venit nisi à verbo accusatiuum recipiente, & ratione illius casus. Non enim dicimus: Veni hoc tui seruiendi causa, vel ad cendam voluptatem: sed causa obseruandi tui, propter te docendum, &c.


Admonitio.

¶ Plura quotidiana suppedabit lectio, & diligens scriptorum veterum probatissimorum interpretatio, ex quibus Latini sermonis elegantia multo certius quam ex varijs vndique collectis Grammaticorum regulis, quæ multis impeditæ sunt exceptionibus, comparatur. Ac ne possunt quidem verba omnia, quum sit eorum sæpè maxime varia significatio proprio alicui Syntaxeos canonis semper astringi. Præterea non quæuis distinctio, licet regula nihil obstat, verbo iungi potest. Non enim Latine dixeris: agere verba, sed facere verba: non suppetias dare, sed ferre. Non consulo tibi, pro consilium do, sed suadeo. Non, comunico amicis, sed cum amicis. Non, nauis appulat, sed appulsa est. Non, sedere ad mensam, sed accumbere absolute: non, hoc comperit in eum, sed conuenit in eum. Non, oratio congrua, sed emendata & Latina. Non, conferre vel concipere secum librum, sed vna adferre librum vel secum ferre: non, condoleo tibi, sed misericordia moueor non literæ vno tenore, sed vno vel eodem exemplo. Qualia possunt vel sexcenta proferri, & à nobis & ab alijs obseruata. Hanc proprietatem in verborum coniunctione qui non obseruat, nec delectum habet vllum, is barbarica phrasi omnem peruerterit Latinitatem, quod ijs ferè solet accidere, qui linguam Latinam ad idio-

DE SYNTAXI. 118

ma vernaculum detorquent. Quamobrem eruditorum & diligentium Grammaticorum obseruationes ex optimis scriptoribus collectæ, sæpè consulendæ sunt: qualis est ille Adriani Cardinalis de lingua Latina libellus, & Bartholomæi Riccij apparatus Latine locutionis, & latini sermonis obseruationes Iohannis Gotscalci, Nizolij obseruationes in Ciceronem, aut si quod aliud accuratius extat, ac pueris vtilius breuiusque lexicon Latinum. Atque vtinam aliquando ex omnibus omnium obseruationibus probatis, & certis, vnum aliquod copiosum & absolutum Lexicon, quod tutè sequi liceat colligatur.

FINIS SYNTAXEOS.



CORNELII
VALERII ULTRAIECTI-
NI GRAMMATICARVM
INSTITVTIONVM.
LIBER IIII.

De Carminum ratione, seu de versibus
faciendis.



ANTVERPIÆ,
Apud Christophorum Plantinum,
ANNO M. D. LXII.

CVM PRIVILEGIO.

SUPEREST postremus operis instituti labor, versificandi ratio, quæ ad Profodiam pertinet quartam Grammatices methodicæ partem, quæ rectam vocum prononciationem tradit, cuius partes sunt; tonus, spiritus, passio, tempus. Tonus est, vel acutus, vel grauis, vel circumflexus; de quo dicemus infra. Spiritus duo: crassus vt; honor: tenuis, vt; onus. Passiones sunt Hyphe, vt; de repente: Hypodiatole, vt conspicitur, sus: & Apostrophus: vt; viden', pro videtne, quæ ex rudimentis pueri cognouerunt. Tempus est syllabæ spaciū (vt ait Censorinus) seu mora illa, qua syllaba effertur. Syllaba breuis, vnum tempus habet: longa, duo. Ex syllabis pedes, ex pedibus carmen constituitur: de quo ea breuitate, ordine & perspicuitate scripsimus, vt; puer hanc ingressus viam compendiarium, facilè, si natura iuuabit, in Musarum dulcissimam familiaritatem recipiat. Sed cum de quantitate vel primæ vel mediæ syllabæ tradi paucis non possit, dubitanti puero versificatoria Despauterij, vel si quis alius rationem metricam absolutius tractauerit, satisfaciet. Inter explicanda versificandi præcepta, meminerint præceptores enarrationem Poetarum adhibendam esse, ac primùm preponenda pueris Virgilij Bucolica, aut Ouidij Metamorphosin, vtilium fabulis cognoscendis, vel, si malint, ipsam Virgilij Aeneida. Diligenter quoque docendos esse pueros versum Poetæ boni dissolutum suis numeris restituere, qui ab hac exercitatione iam satis instructi versiculos ipsi facere incipiet foelici.

¶ Tria sunt ad quoduis carmen cognoscendum necessaria: syllabarum quantitas, pedum ratio, & carminis genus.

De

De literis & syllabis.

¶ Literarum distributio supra semel atque iterum posita est. Hoc tantum adijciendum est; consonantem duabus vocalibus interiectam, valere duplicem consonantem: vt; maior, aio, Troia, cuius, eius, & similia [præterquam in compositis, vt in his; bijugus, quadrijugus: Virgil. Quadrijugo inuehitur curru.] Eandemque vim habere: u; in præteritis: vt; Amaui, amaui, impleui, petiui, audiui, &c. Componuntur ex literis syllabæ, quarum alia breuis est, alia longa, alia communis. Breuis appellatur, quæ in dimensione versus vnū tempus obtinet: Longa, quæ duo tempora complectitur, vnaque musica percussione cõtinetur: Communis, quæ nunc breuis est, nunc longa. Communem syllabam intellige tantum in carmine. Præterea syllabarum alia prima est, alia media, alia vltima. Mediæ vocantur syllabæ, quæcunque inter primam & vltimam sunt interiectæ. Dictiones monosyllabæ vltimis annumerantur.

De quantitate syllabarum, regulae generales.

Quibus modis prima syllabæ quantitas cognoscatur.

CAPVT PRIMVM.

Modi quibus primæ syllabæ quantitas cognoscatur, sunt octo	{ <ul style="list-style-type: none"> Positio Diphthongus Vocalis ante vocalem Præpositio Compositio Deriuatio Regula Exemplū seu autoritas }	quorum aliquot etiā ad medias syllabas, & vltimas cognoscendas, vtilis sunt.
--	--	--

Regula prima.

POSITIO fit, cum vocalem consonantes plures consequuntur, vel vna duplex, siue in eadem dictione, siue in diuersis: vt; Fulgens, axis, gaza, Troiana, respondens. In diuersis dictionibus fit positio, cum prior in consonantem exit, & altera à consonante incipit, vt in hoc versiculo; Nitimur in vetitum semper, cupimusq; negata: vltimæ syllabæ; tum, per, mus, positione producuntur. Semper hoc modo vocalis, quam sequuntur plures consonantes, producitur: nisi cum in eadem syllaba mutam liquidam; aut, l; sequitur, præcedentem vocalem natura breuem non extendit necessarîo, sed eam nunc breuem relinquit, nunc vi positionis (quam debilem vocant) producit: sic patris, Atlas, Cyclops, primam habent communem, & phætra mediam. At natura longam vocalem positio debilis corripere nullo modo potest, vt; à mater matris penultima semper longa manet. [In positione debili sequendû est exemplum veterum: nam vt rectè; tenebras in carmine mediam producas, ita non satis tutum fuerit eodem modo genitrix extendere, quod id bonorum Poëtarum nemo fecerit.]

Syllabæ communes in prosa oratione semper corripuntur, vt phætra, mediocris.

Annotatio.

Vocalis præcedentis dictionis vltima breuis, nulla positione produci potest. Virg. Iam medio apparet fluctu memorosa Zacynthos. Horatius; Ignoscent alij, si quid peccauero stultus, amici. Et; Nisi olente in fornice stantem. Reperitur tamen, sed rariùs, vltima breuis hoc modo producta: Virg. Iappæq; tribulique, quod ipsum tamen cæsuta potius ascribendum videtur: de qua infra sub

De diphthongo.

Diphthongus omnis natura longa est, semperque syllabam producit, vt; aurum, infoelicis, vetulæ nisi cum hanc in Latina dictione proxima consequitur vocalis. Nam tunc; æ; ferè corripitur: vt hic, Ouid. Raptaturq; comis per vim noua nupta præhensis. Omnis item contractio longa est, vt cogo ex coago. Sic videntur etiam produci genitiui, datiu, & ablatiu quintæ declinationis. Virg. Libra die noctique pares, pro diei.

De vocali ante vocalem.

Vocalis ante vocalem in Latinis dictionibus corripitur, vt; pius, strenuus, aranea, aureus, aurei, &c.

Primò. Fio & hinc defio, vnde defio- culus, si, syllaba longa, vt; fiam, fiebam, &c. Sed fio corripit vocalem ante vocalem cum literam; i; sequitur: er; vt; fie- rem, fieri, &c. Eheu primam producit. Ohe; primam habet communem.

Martialis; Ohe iam satis est, ohe libelle.

Secundò. Genitiui & datiu quintæ declinationis exeunt; es; in; iei; vt; faciei, diei.

Pompei, Cai, & similes vocati- ui producuntur. Martial. Quod peto da Cai, non peto consilium.

Tertiò. Genitiui in ius, quorum penultima cõmunis est in versu, vt; ynius, illius: exceptis duobus: alterius, quod semper habet penultimam breuem, & alius, quod longam.

Quartò. Aulai, nepai, & similes genitiui prisca, qui penultimam producant.

Quintò. Possessiu in eius, eia, eium, quibus antepenultima longa est: vt; Aeneius, Priameius, &c.

Excipi- untur

¶ Vocalis in fine præcedentis dictionis posita, à vocali dictionis consequentis per synalophen (de qua infra dicemus) absorbetur, vt; Ille ego qui quondam, &c. sic profertur; Ill' ego. Rarissimè relinquitur, & longa quidem corripitur. Virg. Insula Ionio in magno. Et; Credimus, an qui amant ipsi sibi somnia fingunt: sed hæc non continuo sunt in exemplum trahenda. Dictum est in Latinis dictionibus vocalem ante vocalem corripitur, nam ea sæpè in Græcis producit, vt; in ær, Darius, Æonia, Deianira, Priamides, Pærides, Muxæ, Iapetus, dios, Orion, Io, &c. Et in possessiuis, Priameius, Aeneius, &c.

De præpositione.

Hæc præpositiones & in compositione & extra compositione, si non impedit positio, corripiuntur; ab, ad, in, re, per, ob, super, & sub: vt; Abeo, adeo, inco, repeto, pereo, otheo, superaddo, subeo. Sed reijcio et impersonale refert, producit.

Sed omitto breuem habet. Horat. præfens in tempus amittit.

¶ Præpositiones hæc produciuntur: A, e, de, di, se, præ, pro: vt; amitto, emitto, demitto, dimitto, sepono, præmitto, promitto: nisi vocali ante vocalem quantitas mutetur, vt; deamo. In his; dirimo & disertus; di; breuis est. Corripiunt hæc primam; profugio, profugus, profugium, profundus, profano, profanus, profestus, pronepos, profiteor, profari, prohibeo, proteruus, procella, propago nominatiuus, authore Probo, vt; Roma na propago, at ablatiuus longus est: vt; Melius propagine vites Respondent.

¶ Hæc sunt communia, procuro, profundo, propello, propagare, &c.

De compositione.

¶ Compositione sæpè quantitas syllabæ cognoscitur, vt;

gnoscitur, vt; si cui dictionis simplicis ignota quantitas sit, eam componat, & ex compositi accentu quantitatē discet, vt ex adamo & refeco, primæ syllabæ verborum amo & seco breues intelliguntur: & ex aspiro & acclamo, longæ spiro & clamo. Sic ex impotens & improbus, breues potēs & probus, itemq; ex insanus & præclarus, longæ sanus & clarus. Quod si compositum in quatuor syllabas excreuerit, redactum ad trisyllabam vocem accentu quantitatē ostendet: vt; Video, breuem habere intelligimus, ex inuideo redacto ad inuides: & finio longā, ex definis, &c.

De deriuatione.

¶ Deriuatiuum plerumq; primitiuum quantitatē retinet, vt; amor, amabilis, amanter, amans, amicus, &c. primam corripiunt, vt; verbum amo, & potentia à potens: contra, orator, oratio, &c. produciunt, vt; oro, vnde exoro.

Excipiuntur.

¶ Quædam à primitiuo breui deducta produciuntur: vt; Sedes à sedeo. Laterna à lateo. Vox vocis à voco. Feralis à ferus. Lex legis à lego. Regula à rego. Tegula à tego. Vociferor à voco. Staturus à sto. Iunior à iuuenis. Humanus ab humus. Iumentum à iuuo. Denus à decem. Trinus à tribus. Nonus à nouem. Secius à secus. Fomes & fomentum à foueo. Vires à vireo, aliaq; nonnulla. Hæc contra à primitiuo longo deducta corripiuntur: vt; Dicax à dicere cum cæteris compositis in icus; exeuntibus: vt; maledicus, caufidicus. Arena & arista; ab areo. Lucerna à luceo. Sopor à sopio. Vadum à vado. Notare à notu. Natare à natu. Deicero à iuro. Frangor à frango. Fatuus à fando. Curulis à curru. Fides à fio.

Bubulcus à; bobus. Varicosus à; varix. Numisma à; nummis, & quædam alia.

Annotatio.

Tempora quinque deducuntur à præterito perfecto, finita; ram, ssem, rim, ro, sse: reliqua à præsentis. Quæ deriuntur à præterito, quantitatem præteriti seruant, quæ sæpè discrepat à præsentis: vt; legeram, legerim, &c. primam producant, cum lego corripiat, & ab eo deducta, legebam, legam, lege, &c. legor legebar, & cæ. Sic à video breui, producantur vidi, visum, cum omnibus deriuatis: vt; videram, ssem, rim, &c. & visus, a, um, visurus, visus us ui, visum, visio, à supino visum.

ui, rui & similia corripunt primam, quippe vocalem ante vocalem.

Regula de præteritis & supinis.

Omnia præterita dissyllaba, & ab his deducta tempora: & supina dissyllaba cum deriuatis, primam syllabam producant: vt; legi, perlegi, perlegeram, &c. vidi visum, prouidi prouisum, visurus, visio, visio, &c.

Sex præterita; bibi, tuli, fidi, scidi, dedi & steti, à; bibo, fero, findo, scindo, do & sto, quæ primam corripunt, vt; adbibere, attuli, &c.

Novem supina; datum, ratum, satum, itum, quitum, situm, citum, litum, & rutum, à; do, reor, fero, eo, queo, sino, cico, lino, & ruo, quæ primam etiam corripunt, vt; additum, irritum, confutum, &c.

Status, a, um, & status, us, ui, corripuntur. Ambitus participium penultimam producit, nomen corripit, vt & reliqua ab; itum, composita.

Cætera

cium) à cico. Nam ciuum à cio quartæ declinationis producit, unde accitus excitus deducta penultimam habent longam.

Excipiuntur

Cætera præterita & supina tantam habent primam, quanta prima præsentis est: vt; voco, vocau, vocatum primam corripunt: clamo, clamau, clamatum producant: tribus exceptis primam corripientibus, genui, genitum, à gigno: posui, positum à pono: potui à possum.

De præteritis geminato principio.

Præterita geminato principio primam corripunt: vt; cædo cecidi, cado cecidi, &c.

De compositis, bi, & tri.

Ex; bi; & tri; composita, corripuntur, vt; biceps, triceps, bidens, tridens, biuium, triuium, Exceptis biduum, triduum, &c.

De exemplo.

Exemplum, certissimum est inuestigandæ syllabarum quantitatis modus, quo probati Poætæ alicuius auctoritatem sequimur: vt si cui primæ syllabæ nominum pater & nouerca, sint ignotæ, scire potest ex hoc versu Virgiliano: Est mihi namque domi pater, est iniusta nouerca. Si me dia syllaba, ita, nominis castanea: si vltima, des, verbi ades, ex his quoque Virgilianis intelliget: Castaneæ molles. Et; Huc ades, &c. Quamobrem vtilissimum fuerit multos optimorum Poëtarum versus ediscere, ex quibus & syllabarum cognoscitur quantitas, & carminis venus intelligitur, geniusque Poëticus. Optimi Poætæ sunt; Virgilius, Horatius, Ouidius, Lucanus, alijque multi: inter Christianos non pauci veteres, & plures etiam recentes, qui nostra ac patrum memoria Poëtico studio floruerunt; & magnam ingenij gloriam sunt consequuti.

Liquor verbum tertia coniugationis, habet primam longam, sed liquare, liquere, liquecere, breuem sicut liquor & liquida nomina, nisi quod liquidus apud Lucretium, prima longa etiam reperitur, vt apud Ouid. liqueco lib. i. de panis, quod tamem eod. libro De legitur prima breui.

De syllabis communibus.

Liquidus, Britannus, Italus, Eous, Orion, Diana, Cyana, & si qua reperuntur alia, communia sunt.

De media syllaba quantitate. Cap. ij.

His modis syllabæ media cognoscuntur. Positione, Diphthongo, Vocali ante vocalem, Exemplo, supra explicatis. Accentu vel; elato, vel; depresso. Diminutione. Derivatione. Regula.

De accentu.

Tonus est pronuntiandi ratio, qua syllaba vel attollitur vel deprimitur.

Accentus triplex est: acutus, grauis, & ex utroque mixtus circumflexus. Acutus syllabam attollit, grauis deprimat, circumflexus tardat: ut; huius dictionis, dominus, prima syllaba acuitur, reliquæ grauantur, huius verò, Romanus, media circumflectitur, reliquæ deprimuntur.

Breues accentuum regulæ. Prima: Monosyllabæ, nisi contractæ sint & natura longæ, acuntur: ut; dux, nux, fax, pars, &c. Sed; pax, lis, dös, &c. circumflectuntur.

Secunda: Dissyllabæ quæ ex priore natura longa, & altera breui constant, priorem circumflectunt: ut; mater, aliàs acuntur: ut; matres, pater, nepos. Quædam indeclinabilia accipiunt accentum in vltima: ut; porro, vnà, & similes dictiones, quo à nominibus differant.

Polyssyllabarum penultima longa accentum accipit, sed breuis in antepenultima reicit.

Tertia: Polyssyllabæ dictiones penultimam natura producentes, vltimam corripientes, penultimam circumflectunt: ut; Romanus, togatus: producentes verò vltimam, acunt penultimam: ut; Romanos.

Quarta:

Quarta: Polyssyllabæ dictiones penultimam corripientes, ante penultimam acunt siue longam siue breuem, quantacunque sit vltima: ut; dominus, domini, &c.

Cognoscitur autem accentu syllaba tantum penultima dictionis polyssyllabæ, quæ si vel acutum, vel circumflexum tonum obtinet, longa est, sin grauem, breuis: ut; Romanus, populus.

Excipiuntur quædam, quæ tamen longam penultimam habent, antepenultima tamen acuta efferuntur, ut; composita ab inde, proinde, &c. aliquando, si quando, ex aduersum, duntaxat, nimirum, enim uero, &c. quæ discriminis gratia, ne duæ putentur dictiones, ita pronuntiantur. Præterea, calefacis, & frigefacis, & vtræque & pleræque nominatiui & accusatiui: Et vocatiui nominum propriorum in ius: ut; Virgili, penultimam breuem habent acutam: calefis, calefit vltimam. Syncope quoque accentum mutat: ut; deum, pro deorum. Et dictiones encliticæ quæ in præcedentem syllabam tonum acutum reijciunt: ut; Illène, homòque, bestiaue, &c.

De diminutione.

Diminutione inuestigatur antepenultima, cum hæc diminuta dictione sit penultima, & accentu cognoscitur: ut; docuerimus; e; breuem habere intelligitur ex docuerim: & peritorum; is; longam, ex singulari peritus. Fortunatus; u; longam, ex fortuna.

De derivatione.

Hoc modo syllaba cognoscitur, si derivatiui quantitatem à primitiuo petas: ut si cui sit ignota syllaba; ne; in venerus, vel; the; in æthereus, scire potest ex genitiuis Veneris, ætheris: sic; Iniquitas. secunda

GRAMMAT. INSTIT. LIB. III.

secunda brevis cognoscitur ex iniquis. Rudimentum ex erudio erudis prima brevis. Verecundus re; ex vereris secunda longa. Amabilis, ma, ab amatum. Lauacrum, à lauatum. Simulacrum, à simulatum. Ambulacrum, ab ambulatum. Inuolucrum, ab inuolutum. Aratrum, ab aratum. Excipiuntur pronuba, innuba, quæ penultimam corripunt.

I; & o; in compositis.

¶ Si prior compositi pars in dictione Latina finitur; i; vel in Græca o; corripitur vtrumque, vt; semiuir, ensifer, agricola, siquidem, tubicen, fidicen, &c. sed tibicen contractum est ex tibijcen, astronomus, Timotheus, Philosophus, &c.

Exceptio.

¶ Sed si fuerit incerti casus, vti que producit, vt; reipublicæ, quanticunque, qualicunque, cuiq; cuidam, vnicuique, cuilibet, & similia: vti que, eidem, plerique, & cæc. quibus addantur ibidem, vbi que, si quis, scilicet, & cæc. in quibus i; producit. Excipiuntur hæc quoque; pridie, postridie, quotidie, vbicunque, & meridies, in quibus i; communis est, at longa sæpius in postridie, quotidie, meridies.

De syllabis communibus.

¶ Batauis, Chorea, Aeneis, Bebrycis à Bebryx. Orionis penultima, Pharsalia, Sicanus, Syphaxis à Syphax. Fortuitus i; breui apud Iuvenalem reperitur, sed longo apud Horat.

De vltima syllabe quantitate. Cap. iij.

Modi, quibus vltimæ syllabæ quantitas cognoscitur

Positio Diphthongus Exemplum Regula, de qua nunc dicendum.	}	de quibus dictum est.

Idem masculino genere primam producit, neutro corripit.

DE VERSIBVS FACIENDIS. 135

A.

¶ Regula prima. A finita producantur, vt; ama, da, musa ablatius, & vocatiuus à nominatiuis Græcis in; as: vt; ò Aenea. Sic præterea, contra, a, qua, &c.

Corripuntur { Nominatiui, accusatiui, & vocatiui in a: vt; musa, carmina. &c. Ita, quia, puta
 Numeralia in; ginta; communia esse volunt: vt; triginta, &c. sed a; Virgilio
 Producantur { *Putat pro scilicet vel verbi causa breue apud Persiū reperitur*

E.

¶ In; e; desinentia corripunt: vt; mare, mille, herculè, docere, scribere, scribe, &c. penè, ritè, fortè, impunè, ponè, facilè, spontè, manè, nempè, age, euge, &c. & coniunctiones encliticæ, que, ve, ne.

Græca primæ declinationis ex; in; e; longum Latinis conuersa: vt; Penelope, ò Anchise.

Ablatiui quintæ declinationis: vt; spe, die, re, cum compositis, quare, hodie, quotidie. Fame ablatius, quod olim fuerit quintæ declinationis.

Imperatiui singulares secundæ coniugationis: vt; ride, gaude.

Monosyllabæ, me, te, se, è, de, præ, ne prohibendi, præter encliticæ, que, ve, ne, & syllabicas adiectiones, pte, ce, te, quæ corripuntur.

Aduerbia in; e; ab adiectiuis secundæ declinationis: vt; pulchrè, doctè, egregiè, optimè, doctissimè. Adduntur, ferè, fermè, & valdè [pro validè] Corripuntur bene, & male, & mage pro magis.

Reperitur vale vltima breui. Ouid. Idg; quod ignoti faciunt valedicere salve, ne. Et; caue. Horat. Vade vale, caue ne tiubet.

I.

¶ In i; exeuntia producuntur, vidi, libri, patri, matri, ni, si [sed nisi & quasi sæpius corripuntur.]

Exceptis { Dativus & vocativus nominum Græcorum tertiæ nostræ declinationis: vt; Alexi, Amarylli, Philli, Palladi, quæ corripuntur: nisi quod hi dativi interdum Latine producuntur.

Mihi, tibi, sibi, ibi, & vbi cum compositis; sicubi, alibi, &c. quæ sunt communia: sed; necubi & sicubi, sæpius corripuntur.

O.

¶ O; in fine dictionis commune est, nunc longum, nunc breue: vt; virgo, amo, amando, quomodo. Sed ego, Latini sæpius corripunt, vt & scio, nescio, profectò.

Monosyllaba: vt; do, sto, pro, prò, ò, &c. Dativus & ablativi secundæ declinationis: vt; domino, templo. Græca in: o; quæ per: o; scribuntur: vt; Dido, Calypso, &c. Adverbia ab adiectivis venientia: vt; iocò, seriò, primò, verò, certò, falso, & similia. Sic; eò & illò, idèd, adèd, meriò quibus adduntur; quando, siquando. Corripuntur; citò, duo, modò, postmodò.

Gerundia in do; à Virgilio fere producuntur, vt Cantando rumpitur anguis. Et; Cantando in illum! &c. Ergo pro causa produciuntur, alia corripitur, auctore Festo. Sero corripitur ab Ouidio & Statio in 1. & 2. Thebai.

V.

¶ V; in fine producitur. vt; genu, fructu, tu, amatu, dictu, diu, &c.

B. D. M. T.

¶ Finita; b. d. m. t. corripuntur: vt; ab, aliquid, templum, caput, dicit, vt, &c. Sed nunc; m; semper absor-

absorbetur, nisi quod in paucis compositis manet, vt in circumeo, & circumago.

C.

¶ In; c; desinentia producuntur: vt; hic adverbium, hoc, dic, duc, &c. Corripuntur, nec, donec, quibus addit lac. Communia sunt, hiæ pronomen, & fac, quod sæpius corripitur.

L.

¶ In; l; corripuntur: vt; vectigal, mel, nihil, pol, edepol, consul, &c. Producuntur Hebræa in: el: vt; Michael, Et; sol, nil.

Serulus ita scribit, n; finit, al; que genitivo, a; literam corripunt, indubitanter, a; breuis est, vt Annibal in iis verò que producuntur naturaliter quidem longa est, sed auctoritate corripitur. Iuuenalis, Conducunt comites, fellam, cervical, amicas.

N.

¶ N; in fine producitur: vt; Pean, Siren, delphin, Agamemnon, quin, sin, en, non, &c. Et accusativi nominum in: as, es, & e, primæ declinationis: vt; Aenean, Laerten, Penelopem.

Corripuntur { Nomina in: en; habentia: inis, breue in genitivo: vt; carmen, tubicen, &c. In: an; primæ declinationis in: a; breue exeuntiu: vt; Ossan, Iphigenian, Medean, Maian, &c. In: on; nominu in: us, & eius: vt; Menelaò, Orpheò In: in; vel: yn: vt; Ibin, Daphnin, erinnyn, &c.

Forfitan, forfan, tamen, attamen, in, an, viden' pro vidēsne, men', scin', e-gon' & similia: quibus addiderunt ea, quæ patiuntur apocopen, dein, exin, proin.

¶ Notandum est omnia nomina Latinis usurpata, quæ Græcè per: o; paruum scribuntur, habere: o; breue: Ilion quod & Ilios legitur, arctos, heroostex heros, &c.

R.

R.
 ¶ R, finita corripuntur: vt; calcar, puer, vir, color, guttur, legitur, legor, legerer, legar, semper, super, &c.

Græca in: er; longū [scribuntur enim per *er*; Græcum, quod semper est longum] vt; aër, æther, &c. præter pater & mater, quæ vltimam corripiunt.

Cur, fur, far, lar, nar, par cum compositis, & ver, Iber. Communia sunt, Celtiber, & cor, sed hoc tamen sæpius breue est.

S. As.

¶ Vltima dictionis *as*; finitæ producitur: vt; Calchas, musas, amas, fas, nefas, &c.

Græca in *as*; quorum genitiuus in *adis*: vt; lampas lampadis vel; dos, &c. Accusatiui plurales in *as*; nominum Græcorum nostræ tertiæ declinationis: vt; lampadas.

Es.

¶ Es; vltima syllaba producitur: vt; Anchises, nubes, pes, res, laudes, gaudes, dices, Ceres, pes cum compositis, quoties, decies, &c.

Nomina habentia *itis*; vel *etis*; penultima breui in genitiuo: vt; miles, diues, pedes, teres, seges, &c. præter paries, abies, aries.

Nominatiui Græci plurales: Virg. Thraces arant: & Græca neutra, vt; cacoëthes, quia per *es*; scribuntur. Es à sum cum compositis, & Penes. Horat. Quem penes arbitriū est.

Is.

Iber vel Iberus
 finitæ Celtiber,
 veteris. Cor
 finitæ apud Ouidiū
 dicitur legitur
 pro dicitur.
 Melle meum
 letibus cor est
 violabile telis.

Ob ses quoque
 corripitur Ouid.
 sponsor, & ob-
 sis ero.

Is.

¶ Is; in fine corripitur: vt; lapis, turris, fugis, auditis, bis, is, quis, quisquis, & cetera. Et in: ys, vt; chelys.

Omnes casus plurales in *is*: vt; mus, quis, pro quibus, omnis, pro omnes, tris, pro tres, &c. & nominatiui à Græcis in *eis*: vt; Simois fluiuius.

Secundæ personæ singulares, quarum plurales habent *itis*; longum: vt; scis, nescis, possis, velis, dederis, audis, &c. Et subiunctiua futura: vt; dixeris, dederis: vt; Dederis in carmina vires, sed præterita corripiuntur. Horatius tamen futura subiunctiui modi corripuisse videtur in his: Dixeris egregiè. Et; Si quid tamen olim Scripseris.

Nomina habentia *itis*; longum in genitiuo: vt; dis, lis, Samnis, &c. & quæ habent *iris*; & *inos*: vt; glis, Salamis.

Vis; tum nomen, tum verbum cum compositis: quamuis, quiduis.

Os.

¶ Os; finitum producitur: vt; ros, flos, nepos, dominos, os, oris, & Attica per *os*; scripta: vt; Androgeos.

Os *osis*, & ab eo deductum *exos*, & à *pos*; compositum *compos*, cui fortassis addendum est *impos*.

Græca per *o*; paruum scripta: vt; Synodos: & genitiui: vt; Pallados, heros. Nam heros, & alia per *o*; magnū scripta producuntur.

V

Vs.

vs.

¶ Vs; corripitur: vt; dominus, meus, scribimus. Genitiui singulares, nominatiui, accusatiui, & vocatiui plurales quartæ declinationis: vt; huius, hi, hos, & ð, fructus.

Produ-
cuntur

Monosyllaba, vt; rus, mus, sus, plus, pus, &c. Et nomina tertie declinationis, habentia u; longum in penultima genitiui: vt; virtus, tellus, &c. Sed hoc postremum licenter semel Horatius corripuit.

Genitiui Græci Sapphus, Ius, & cæc. Melampus, Oedipus, & cæc. ex: ou; cognoscuntur.

¶ DE PEDIBVS METRICIS.

Cap. iij.

PES est cæta syllabarum comprehensio. Nam syllaba vna pedem non facit, cum in ea non sit arsis & thesis, seu elatio & summissio: vt nec vnus pes versum. Syllaba breuis hac figura signatur: longa verò notatur hac: -; quibus in pedum descriptione causa breuitatis vtetur. Pedes numerantur octo & viginti. Quatuor dissyllabi,

Pedes dissyllabi sunt Poëti. Quæquid est supra tres syllabas, id esse ex pluribus pedibus auctor est Fabius lib. 9. cap. 4. Tribrachys in: erdum trocheus dicitur. Pedes cõpositi.

Pyrrichius; v; vt; Deus. Spondæus; - -; vt; audax. Iambus; v -; vt; dies. Trocheus qui & choreus; v -; vt; mater. Octo trisyllabi, Tribrachys; v v v; vt; canite. Molossus; - - -; vt; Aeneas. Dactylus; - v v; vt; fidera. Anapestus; v v v; vt; superi. Baccheus; v - -; vt; egestas. Antibaccheus seu palimbaccheus; - - v; vt; audite. Amphimacrus, siue Cretus; - v -; vt; principes. Amphibrachys; v - v; vt; beatus. Sexdecim tetrasyllabi. Proceleumaticus; v v v v; vt; relegite. Dispondeus; - - - -; vt; oratores. Antispastus; v - - v; vt; Alexander. Cho-

DE VERSIBVS FACIENDIS. 138

Choriambus; - v v -, omnipotens. Dijambus; v - v -; vt; ferocitas. Ditrocheus; v - v -, æmulorum. Ionicus minor; v v - -, vt; redeunt. Ionicus maior; - - v v, vt; subducite. Pean siue, Pæon primus; - v v v, vt; colligite. Pean secundus; v - v v, vt; reducite. Pean tertius; v v - v, vt; rediturus. Pean quartus; v v v -, vt; celeritas. Epitritus primus; v - - -, vt; sacerdotes. Epitritus secundus; - v - -, vt; optimates. Epitritus tertius; - - v -, vt; crudelitas. Epitritus quartus; - - - v, vt; permanere. Ex quibus frequentior vsus est Pyrrichij, spondei, iambi, trochei, tribrachys, anapesti, dactyli, proceleumatici, choriambi, quos pueri tãquam nomen suum tenere debent.

De Versuum compositione.

¶ Pedibus pluribus versum metimur. Est autem versus legitima pedum compositio.

Carminum varia nomina sunt.

¶ Carmina dicuntur vel ab inuentoribus: vt; Sapphicum à Sappho puella. Vel à pede crebrior: vt; Iambicum, trochaicum, anapesticum, &c. Vel ab ijs qui hoc carmine celebrati sunt, vt; heroicum, adonicum, & cæc. Et à lyra, lyricum ad lyram cantari solitum. A mensura, Monometrum; quod ex duobus pedibus constat, Dimetrum; quod ex quatuor, Trimetrum, quod sex, Tetrametrum; quod octo. In quatuor his bini pedes vna mensura modoque musico comprehenduntur per Dipodiam [quæ est duorum pedum in vnâ dimensionem comprehensio] quæ fit in carmine iambico, trochaico, & vt multis placet, anapestico. In pæmetro, quod ex quinque pedibus, & hexmetro, quod sex pedibus constat, singulæ sunt pedum singulorum dimensiones, versumq; metimur per monopodiã, qua singulis pedibus

Quantitas carminis.

Deposito dicitur finis versus vel in pedem perfectum desinens, vel indeficientem aut redundantem. Depositionis genera 4. *Acatalecticum, Brachycatalecticum, et Hypercatalecticum.* *Dicolon tristrophon vnicū est apud Horatium lib. tertio carminum, ode 12* singuli tribuuntur modi. A depositione [qua cognoscitur absolutumne sit an abunder, minuatur] ue carmē maximē, Iambicum] cuius genera sunt quatuor: Acatalecticum; cui nihil aut superest, aut deest. Catalecticum; cui deest in fine syllaba. Brachycatalecticum; cui duæ syllabæ vel pes integer in fine deest. Hypercatalecticum, cui vna syllaba vel totus pes superest. A reuersione: Monocolon, quod est vniiforme, qualis est Aeneis Virgiliana. Dicolon distrophon; quod ex duobus carminum generibus constat, cuius generis est carmen elegiacum; quod ex hexametro & pentametro componitur. Dicolon tetrastraphon; quod post tres eiusdem generis versus, & quartum alterius modi, ad primum reuertitur, quale est sapphicum cum adonio. Tricolon tetrastraphon; quod post duos eiusdem generis versus, & tertium alterius, quartumque item alterius generis ad primum reuertitur, quale est Horatii carmen libro 2. Carmi.

Aequam memento rebus in arduis
Seruare mentem, non secus in bonis
Ab insolenti temperatam
Latitia moriture Deli, &c.

De Versu hexametro, seu heroico.

Carmen heroicum etiam Homericum & Pythium dicitur est, quo genere Virgilius Bucolica Georgica & Aeneida conscripsit. ¶ Hexameter & nobilissimus est & frequentissimus, ex eo dicitur, quod sex pedibus constat, quem totidem quoque musicis percussionibus metimur. Recipit in regione seu pedum loco, primo, secundo, tertio, quarto, vel dactylum vel spondæum, in quinto solum dactylum, in sexto solum spondæum, hoc modo.

Nescia

Nescia - 00 mens homi - 00 num fa -
ti for - - tisque fu - 00 turæ - -
Et ser - - uare mo - 00 dum re - -
bus sub - - lata se - 00 cundis - -

Messio carminis, que est arsis & thesis, hoc est, eleuatio & depressio syllabarum in pedibus

¶ Reperitur interdum apud Poetas in quinta regione, quæ propria dactyli sedes est, spondæus usurpatus, sed quem regione quarta concinnè dactylus, sed insuauiter spondæus, versusque spondaicus appellatur. Virg. Chara Deum soboles magnum Iouis incrementum. Et; Constitit atque oculis Phrygia agmina circumspectit. Rariùs alij reperiuntur pedes, vt; proceleusmaticus, rarissimè anapæstus. Virgilius; Genua labant. Et; Fluuiorum rex Eridanus. Sed meminisse debent pueri, non licere versificanti in poemate ludicro, quod in opere magno principes Poëtæ sibi sumpturunt.

Annotatio.

¶ Notandum est vltimam syllabam cuiusque versus esse communem: & vltimam dictionis breuem interdum cæsurae gratia sed rarè produci, nullum quoque neque hexametrum neque pentametrum versum rectè sine cæsura fieri.

De Cæsura.

¶ Cæsura, seu incisio dicitur, cum sequentis pedis initio syllaba ponitur, partem orationis finiens, qua cæditur ac diuiditur versus. Cuius formæ duæ sunt vsitæ, penthemimeres, & hephthemimeres quæ commata Seruius vocat. Penthemimeres, id est, semiquinaria partitio dicitur, cum post duos pedes relinquatur syllaba dictionem terminans: vt; Arma virumque cano. Hæc

V 3 neces-

necessaria est non tantum hexametro carmini [hoc enim hepthemimerem quoque recipit] verum etiam elegiaco, sapphico, asclepiadeo, aliisque nonnullis. Dicta est semiquinaria, quod semipedes quinque contineat. Hepthemimeris, seu semiseptenaria caesura est, cum post tres pedes manet syllaba partem orationis finiens: vt, Ille meas errare boues. Quam caesuram solus hexameter versus recipit, sed altera ferè caesura secundi pedis initio procedente. Sapè caesurae plures sunt: Virgil. Syluestrem tenui musam meditaris auena. Appellata semiseptenaria, quod septem semipedes contineat. [Triemimeris & Enneemimeris necessariae non sunt, quas tamen etiam interdum syllabam extendisse legimus. Virgilius; Pectoribus inhians. Et; Ille latus niueum molli fultus hyacintho.]

De fine versus hexametri.

¶ Clauditur hic eleganter dictione dissyllaba vel trissyllaba: vt; Voluere casus. Tot adire labores. Duabus dissyllabis durius terminatur. Horatius; Est tibi mater. Et monosyllaba minus concinne versus finitur, nisi sit animantis nomen: vt; Procumbit humi bos, aut altera precedat monosyllaba, vt; o pater & rex. Res velociore dactylis frequentioribus eleganter describuntur: grauiore spondæis: Virgil. Conuellimus altis sedibus, impulimusque, ea lapsa repente ruinam. Cum sonitu trahit, & Danaum super agmina latè incidit. Idem: Olli sedato respondit corde Latinus. Et; Annixi torquent spumas, & carula verunt. Res molles verbis mollibus, Duræ duris & asperis: Omnia denique verbis exæquanda sunt.

Versus

¶ Versus Leonini vocantur, in quibus medium, & finis versus eundem referunt sonum, qualis ille, I nunc & verbis virtutem illude superbis. Quibus versificatores indocti superioribus seculis ineptè luserunt: sed hi nunc studiosis humanitatibus vitandi sunt.

¶ Et versus in quibus multæ dictiones ab eadem consonante incipiunt: vt;

O Tite tute Tati tibi tanta tyranne tulisti. Postremò fugiendus est omnis hiatus & asperitas, & inconcinna compositio.

De synalœpha & eclipsi.

¶ Hiatus autem vitandi causa inuenta sunt figurae duæ synalœpha & eclipsis. Synalœpha est, per quam vocalis in fine dictionis à vocali proximè sequenti velut absorbitur in metiendo. Eclipsis, quæ in fine cum sua vocali ab insequente vocali eliditur: vt; Conticuere omnes. Multum ille & terris, &c. Fugiendæ sunt elisiones crebræ, nec plures duabus in vno versu ferendæ sunt. Reperiuntur hypermetri versus, vbi superest in fine syllaba quam sequens versus excipiens absorbet. Virgilius; Ecce furens animus aderat Tyrinthius omnemque Accessum lustrans. O particula longa nõ eliditur: vt; O vtinam. Quæ tamen breuis reperitur in illo versu, Te Corydon ò Alexi. Interdum synalœpha non tollitur vltima vocalis, sed corripitur tantum. Virgil. Et longum formosè vale, vale, inquit, Iola. Et; Insula Ionia in magno. Et; Sub Ilio alto. Quandoq; longa feruatur. Idem: Lamentis gemituq; & foemineo vlulatu. Hæc Poëtis principibus vlurpare licuit, quibus & aliæ concessa videmus, veluti systolen:

Elidatur o' in
etiam litera, s;
vt; Egregiè cor-
datus homo.
Catus Aelius
Sextus, vbi, s;
in Aelius ab-
sumitur.

Licetia poetica.

GRAMMAT. INSTIT. LIB. IIII.

quæ syllabam longam corripit. Virg. Cum subito assurgens fluctu nimboſus Orion, cum longa ſit prima nominis Orion. Ecſtaſin: quæ breuem producit. Idem lib. 1. Aeneidos; Exercent Diana choros. Synæreſin; cōtractionem duarum ſyllabarum in vnam. Idem; Seu lento fuerint aluearia vimine texta. Diæreſin; diſtractionem coniunctarum ſyllabarum. Ouid. Vira data eſt vtenda, data eſt ſine ſcœnore nobis Murua, nec certa perſoluenda die. Vbi perſoluenda, quinque ſyllabis effertur. Sic ſuauiſ apud Virgilium tribus ſyllabis, & alibi ſuaſit, & conſimilia.

De Verſu elegiaco ſeu pentametro.

Carmen elegiacum olim rebus triſtibus iâdâm accommodatû fuit, nûc aptum eſt quibuſlibet, & præcipuè a moribus, qui multum plerumque mororis continent.

¶ Verſus pentameter ex quinque pedibus conſtat, ſed in duo hemiſtichia ſeu dimidiatos verſiculos diuiditur, vno ſpondeo duas in partes ita diſſectio, vt vtriuſq; hemiſtichij vltima longa ſit. Prius hemiſtichium ex dactylo vel ſpondeo, longaque ſyllaba conſtat, idem quod cæſura verſus hexametri pentemimeres, quæ hic neceſſaria eſt. Poſterius ex duobus dactylis tantum, & ſyllaba:

Natu - - ra ſequi - - - tur - - femina - - -
quiſque ſu - - - x - - -

¶ Coniunctus hexameter cum pentametro, carmen conſicit elegiacum: vt;

Vtendum eſt ætate, cito pede labitur ætas:

Nec bona tam ſequitur, quàm bona prima fuit.

¶ In quibus hoc curandum eſt, vt vno diſticho perfectus ſenſus abſoluatur: aut ita ſuſpendatur, vt diſticho conſequenti perſiciatur. Sæpè hic ſingulis verſibus ſenſus abſoluitur.

De fine Verſus pentametri.

¶ Finitur eleganter diſtione diſſyllaba, tetraſyllaba,

DE VERSIBUS FACIENDIS. 145

ſyllaba, & pentasyllaba. Propert. Non datur ad Muſas currere lata via. Mart. Dantur opes nullis nunc, niſi diuitibus. Ouid. Lis eſt cum forma magna pudicitia: ſed parum concinnè triſyllaba, præterquam in epigrammatis. Martialis; Sera nimis vita eſt craſtina, viue hodie. Inconcinnius etiam monosyllaba, niſi hanc altera præcedat. Ouid. Laus erit, in magnis & voluiſſe lat eſt.

¶ In hoc carminis genere excelluerunt Ouidius, Tibullus, & Propertius.

De Verſibus aliquot lyricis.

De Iambico.

¶ Iambici carminis quatuor formæ ſunt: monometer, quod pedibus duobus conſtat, dimeter, quod quatuor, trimeter, quod ſex, tetrameter, quod octo. Ex his trimeter & dimeter frequentiora ſunt, reliqua rariora. Recipit hoc carminis genus in locis omnibus iambum, præſertim in locis paribus, id eſt in ſecunda, quarta, ſexta, & octaua regione, & huius loco tribrachyn, præterquam in vltima, quæ ſemper in quauis forma iambi ſedes eſt. In imparibus verò locis, id eſt, in prima, tertia, quinta, & ſeptima ſede admittit præter iambum & trybrachyn etiam ſpondeum, & huius loco pedes æqualium temporum, vt; dactylum, rariùs anapæſtum aut proceleuſmaticum. Monometer verſus eſt: Malus miſer. Ariſtophanus hypercatalecticus eſt. Bonus beatus. Dimeter Euripidæus brachycatalecticus: Inſanus improbus. Dimeter catalecticus Anacreontius, Crux pellit omne crimen. Dimeter Archilochius acatalecticus: Virtus beatos efficit. Dimeter Alcaicus hypercatalecticus: Sed blanda corrumpit voluptas. Trimeter brachycata-

Loca imparia vocantur quæ ſunt imparis numeri.

GRAMMAT. INSTIT. LIB. III.

catalecticus Alcmanius: Mens orta caelo quærit ardua. Trimeter catalecticus Hipponact. Ignaua mentem deprimit voluptas. Trimeter Archilochius acatalecticus; Ad gloriam virtus per alta nititur. Trimeter hypercatalect. Hipponact. At impeditum falsa detinet voluþras. Trimeter brachycatal. Aristophanius; Mentis vigor iacere tardum corpus haud sinit. Tetrameter catalecticus Anacreontius; Mentē vigere non ferens, moram inijcit voluptas. Tetrameter acatalect. Aristophanius: Parant perennem gloriam virtus & eruditio. Tetrameter hypercatalecticus Anacreontius: Infamiam parat vigorem mentis obtundens voluptas.

Annotatio de trimetro scazonte Hipponactio, siue Iambico claudo.

Carmen est conuitiis accommodatissimum. ¶ Versus iambicus trimeter, qui senarius quæque dicitur ex numero pedum, duplex est, rectus qui in sexta regione recipit iambum: & claudus, qui semper in quinta sede requirit iambum, & in sexta spondæum, qui Græcè scazon & choliambus appellatur. Persius; Nec fonte labra proliu caballino, Nec in bicipiti somniasse Parnasso Memini, vt repente sic Poëta prodirem.

De Versu trochaico.

¶ Trochaicus vbique trochæum recipit, imparibus locis necessarium, cuius tamen vice tribrachyn admittit, præterquam in vltima regione, quæ trochæi sedes est: sed in locis paribus eosdem pedes recipit quos iambus in locis imparibus præter iambum, quem trochaicus non admittit, sicut nec iambicus trochæum. Carmen hoc non minus varium reperitur, quàm iambicum, sed vltimatissimum est dimetrum, dicolon, distro-

DE VERSIBVS FACIENDIS. 142

distrophon. Prior versus est acatalecticus, alter catalecticus: vt; Corde natus ex parentis Ante mundi exordium. Ex binis distrophis ter recurrentibus fit carmen trochaicum, tetrastrrophum, qualis ille est Prudentij hymnus, Da puer plectrum, &c.

De Iambico & Trochaico mixto seu Comico.

¶ Comici locis omnibus in vtroque carminis genere promiscuè pedes quatuor vsurpant, tribrachyn, spondæum, dactylum, & anapestum, excepta regione vltima, quam in iambico solus possidet iambus, in trochaico solus trochæus. Sed Comicorum hæc tantum, Tragicorum veterum licentia est, quam Græci tragici, & Latinus Seneca; non putauerunt sibi concessam.

De Versu Anapestico.

¶ Anapesticus, dictus est ex pede principe, qui locis omnibus recipitur, & huius vice, pedes æqualium temporum dactylus & spondæus. Atq; hi reperiuntur ita promiscuè, vt sæpè versus occurrant, in quibus nullus est anapestus. Spondæo dactylus concinnè præponitur in monometro, durius dactylo spondæus. Cæsura nulla requiritur, optimusque Diomedij versus est, in quo singula verba singulos pedes absoluunt. Apud Senecam, qui Tragicorum solus extat, hoc carminis genus ferè monometrum est, quod vulgò tam dimetrorum forma passim reperitur impressum. Quod si recipimus, anapestici dimetri mine anapestici, & tetrametris. Seneca in Agamemnone; O regnorū magnis fallax Fortuna bonis: in præcipiti Dubioq; nimis excelsa loco. Et Hercule furente; Certo veniunt ordine Iaræ: Nulli iussu cessare licet. Nulli

Monometrum intellige quod ex duobus pedibus constat. Sed hoc ego dimetrum esse malim in carmine anapestico, & tetrametrum, quod alius demetrum est, id quod musica percussione metienti nati

erit difficile cognoscere. In secundo loco versus Sapphici reperitur interdum apud Catullum alter trocheus, qui cesuram quoque non raro omittit, quatenus ta-
men versus hic plurimum commendatur. Apud Senecam tragicum in huius versus prima sede reperitus est anapestus, & in secunda iambus idem; in eodem versu. Alibi in secunda sede anapestus.

scriptum proferre diem : Recipit populos vitia-
citas, &c. Carmen est familiare Tragicis rem-
lugubrem tractantibus.

De Versu Sapphico.
¶ Sapphicus [à Sappho poëtria dictus est, ap-
pellatus etiam Hendecasyllabus, ex numero syl-
labarum vndecim] recipit primo loco trocheum,
secundo spondæum, tertio dactylum, quarto &
quinto trocheum. Cæsura semiquinaria hic ne-
cessaria est. Huic carminis generi ferè post tres
versus annectitur Adonius ex duobus constans
pedibus, dactylo priore & sequente spondæo.

Horatius;
Sæpius ventis agitur ingens
Pinus, & celsæ grauiore casu
Decidunt turres, feriuntque summos
Fulmina montes.

¶ In coniungendis diuersi generis versibus ni-
hil audendum uobis est, sed veterum spectanda
sunt exempla.

De Versu Phaleucio seu Hendecasyllabo.

¶ Phaleucius, peculiari nomine dictus Hen-
decasyllabus, recipit primo loco spondæum ra-
rius trocheum aut iambum, secundo dactylum,
tertio, quarto, & quinto trocheum. Mart. Quod
sis, esse velis, nihilque malis. Summum nec me-
tuas diem, nec optes. Semiquinaria cæsura, licet
abesse possit, venustius tamen adhibetur.

De Versu Choriambico Asclepiadeo.

¶ Asclepiadeus, recipit primo loco sponæ-
um, secundo dactylum, tertio cæsuram, hoc est,
syllabam longam, quæ dictionem finit, quarto &
quinto dactylum. Prudētius; Inuentor rutili dux
bone

bone luminis, &c. Metiri possumus & hoc modo
Inuentor rutili dux bone luminis : vt versus ex
spondæo, duobus choriambis & pyrrichio con-
stet.

¶ Nonnihil ab hoc distat choriambus ille, qui
primo & secundo loco dactylum vel spondæum
recipit, tertio cæsura syllabam longam, quarto
dactylum, quinto spondæum. Boëtius; Heu
quàm præcipiti merita profundo Metis hebet, &
propria luce relicta Tendit in extremas ire tene-
bras, &c.

De Versu Glyconico.

¶ Glyconicus recipit in regione prima spon-
dæum, secunda & tertia dactylum. Seneca trag.
Illi mors grauis incubat, Qui notus nimis om-
nibus, Ignotus moritur sibi. Alij sic metiuntur:
Rex est qui posuit metus : vt versus constet ex
pedibus, spondæo, choriambis, & pyrrichio. In-
uenitur interdum in prima regione rariùs iam-
bus trocheus. Carmen hoc raro solum ponitur,
sæpè cum Asclepiadeis vicissim permutatur.
Exempla sunt; Ode tertia lib. 1. carminum apud
Horat. Et Ode quinta & sexta. Sæpè duos Ascle-
piadeos præcedentes & tertium Pherecratium
Glyconicus sequitur. Interdum tribus Asclepia-
deis adiungitur.

De Pherecratio.

¶ Pherecratius constat ex spondæo & dactylo
& spondæo; vt; Illi mors grauis instat, &c. Et hic
sæpè trocheus in prima reperitur.

Admonitio.

¶ Multa carminum genera prudens omitto, quæ puer in his, quæ præscriptimus, exercitatus, ipse per se & suo, quod aiunt, Marte primùm apud Horatium; deinde apud alios inuestigabit, & si volet, imitabitur. Non videretur hic admonendum de fugienda barbariè, nisi præpropere quorundam præceptorum festinatione pueri nondum primis syntaxeos præceptis satis imbuti ad carmen raperentur, quos barbarissimum & solœcissimum læpius admittere necesse est, eaque vitia, quæ sunt in primis fugienda, qualia sunt ordinis perturbatio, obscuritas, asperitas, & hiatus, & cætera. Discant igitur pueri primùm in oratione soluta vitare barbariem, perturbacionem ordinis, & ineptam coniungendorum distractionem, quæ parit obscuritatem, maximum in dicendo ac scribendo vitium: & hiatum atque inconcinnam asperitatem. Eadem deinde fugiant in versiculis faciendis: caueant, ne quid in oratione, aut carmine vel desit, vel redundet, ne quid sit dissipatum. Vitent, ut & supra admonui, Leoninos versus. Et eos, in quibus plures dictiones ab eadem consonante incipiunt. Et quicquid numeris inconditis offendit aures: ut; Grata malis lis. O fortunatum natam, &c.

¶ Admonendi quoque sunt pueri, ut Poetas bonos legant diligentissimè, sciantque nihil in re Poëtica sine imitatione profici, nullumque melius collocari tempus, quam quod lectitandis optimis Poëtis datur. Quamobrem legat illi quidem multùm, & singulos versiculos digitis & apta modulatione metientur, verbis omnibus diligenter exculsis, & animaduersa singula-

rura

rum quantitate syllabarum, nec sine Poëtica lectione vnquam ad scribendum prosilient. Perlectis autem diligenter & bene cognitis eius generis versibus, quos ipsi facere student, numeros memoria tenebunt, & mox collecta verborum copia, genioque carminis cognito, similia poemata pangere bonis auibus incipient. Vtiliter monet Horatius in arte Poëtica, ut poema scripturus argumentum ingenio suo idoneum deligat, & materiam viribus æquam mox apto carmine scribendam, & rebus conueniente. Tum potenter, & pro viribus delectam & bene excogitatum ordine poëtico disponat, & præsentem facundia, verbis electis, apteque fluentibus ac varietate figurarum exornet. Postremò diligenter idem poema sæpè sub incudem reuocatum castiget, diuque supprimat, quod quidem mihi difficillimum omnium esse hoc tempore videtur. Ingenium bonum honestis artibus excolat. Optimarum autem rerum cognitionem Philosophia, omnium laudandarum artium procreatrix, suppeditabit, hinc naturæ obscuritatem, hinc bene viuendi disciplinam, hinc denique rerum omnium diuinarum humanarumque naturam causasque petat.

¶ Atque hæc quidem quæ sunt hucusque breuiter à me collecta, sufficere arbitror primæ puerorum in Grammatica Latina institutioni. Cui Græca deinde adiungatur Grammatica, & huius in libello Græci alicuius authoris diligens repetitio, singularumque vocum inuestigatio, cuius exemplum Nicolai Clenardi meditationibus exemplum sumatur. Restare video Grammaticas figuras, quas Petrus Mosellanus vtiliter in tabulas retulit, quibus diligens præceptor etiam rhetoricas, quas breuiter

Consilium optimum de carmine componendo.

Vol. 2. 144

144

breuiter in rhetoricis nostris explicuimus, addet. Discant eas pueri in scriptoribus optimis velut, Cicerone, Cæsare, Terentio, Virgilio, Horatio, & similibus obseruare. Sed ordinem in authoribus interpretandis hunc seruari velim, vt teneræ ætati primum ea proponantur, quæ sermonis quotidiani simplicem puritatem retinent, vt initio libri secundi admonui, cuius generis sunt multæ Ciceronis epistolæ, Lælius, Cato maior, Orationes aliquot argumento facili, quales pro Archia Poëta, pro M. Marcello, pro lege Manilia, Inuestiua in Catilinam, & alia nonnulla. Terentij comædiæ, in quibus tamen ἀρχαϊσμοί, & desita vocabula notanda sunt. Julij Cæsaris commentaria, & si videbitur, aliquid ex Salustio & Liuiio. Ab his progrediendum ad orationes grauiores, & libros omnium vtilissimos de officijs, quæ volumina Ciceronis ediscenda, non modò in manibus habenda esse quotidie Plinius ait, & ad Poëticam lectionem. Candidissimus Poëtarum & maximè tamen expositus Virgilius est: huius Bucolica prælegi primum velim, deinde Georgica, nisi malis ab Aeneide auspicari, iucunda pueris & aperta satis. Illo non minus apertus & facilis est Ouidius, cuius aliquot opuscula delignantur, vt Metamorphoseos & fastorum libri ad fabularum cognitionem prope necessarij. Ex Tibullo, Propertio, Catullo, Martiale, seligenda sunt vtiliora, & minus obscœna. Post hæc Horatius vtiliter enarrabitur, Lucanus, Iunenalis, & si qui præterea videantur addendi. Inter Græcos Demosthenes, Plato, Homerus, Eurypides, præcipuè legendi sunt, quibus adiungi poterunt Isocrates, Xenophon, Herodianus, Aristophanes, Pindarus, alijque nonnulli. Sed hæc præceptorum pru-

prudentiæ committenda puto, quibus illud quoque vel maximè curæ esse velim, vt diligenter pueros scribendis epistolis & versiculis faciendis excerceant, eosque dicendi & scribendi quotidiana exercitatione ad latinæ ac puræ orationis facultatem perducant. Pueri autem & adulescentes vbi iam ex prælectione præceptorum amare literas cœperint, & intellectos scriptorum libros amplecti libentiùs, ipsi non contenti præceptorum prælectione subcessiuis operis, vt aiunt, plura velut raptò subducentes ac furtim per se legere studebunt, quorum auiditatem præceptor acuet, & quos priuato studio primum cognoscere libellos oporteat, indicabit: Erasmi aliquot opuscula: De conscribendis epistolis: De copia verborum & rerum: quibus ad rhetoricam præludendum est: Epitome in elegantias Laurentij Vallæ, cui adiecta est farrago sordidorum verborum per Cornelium Crocum iam recognita. Dictionarium poëticum, libellum vtilem poëticis fabulis cognoscendis & nominibus proprijs: [Cui rei non parum etiam proderunt Luciani dialogi.] Laurentij Vallæ elegantiarum libros sex cum annotationibus Ioannis Theodorici, & annotationes in Raudensem, &c. Adrianum Cardinalem de sermone Latino. Maturinum Cordarium, Antonium Scorum, &c. hos puer sæpè confullet, & ex horum obseruationibus ipse obseruare similia discet. Paucis libris contentus sit, nec varia lectione se fatiget. ordine, quæ necessaria sunt, ab optimis cognoscere studeat. Grammaticæ statim Rhetorices & Dialectices elementa quam simplicissima succedant, quæ nos Latinè & perspicuè faciliq; ratione ac via tradere conati sumus. Tū diligenter iuuentus est exercenda dispu-

GRAMM. AT. INSTIT. LIB. IIII.

disputando, declamando, scribendo: quod ut faciant commodius, consultum fuerit eam Rhetoricis primùm progymnasmatibus præparari. Conscriptimus quoque libellum de Sphæra & primis Astronomiæ ac Geographiæ rudimentis, quorum est iucundissima liberalibus ingenijs maximeque necessaria cognitio, in qua requiruntur & numerorû quædam ac Geometriæ præcepta. Quibus addatur aliqua naturalis philosophiæ ac moralis epitome, quæ describetur optimè ex libris amici nostri Sebastiani Foxij Morzilli, magno ingenio & eximia doctrina præstantis viri, quos ille nuper ad utilitatem studiosorum edidit, breuiter & tamen abundè vtrunque Philosophiæ partem planè & dilucidè persecutus. Atque hæc quidem omnia multoquæ etiam plura hoc præsertim temporè quo summa discendi commoditas est, & oportunitas incredibilis insigni Dei beneficio, tot sunt eruditi, tot eruditorum lucubrationes, tot compendiarie ad optimas artes viæ, tot cõsilia doctorû & admonitiones non ita magno labore nec tempore longo studiosi comparare possint, dum ne sibi desint, bonumque nacti sint præceptorem, qui facili & expedita via ad optatam metam summa contententes alacritate perducatur. Comparata iam artium præcepta necessaria studiosi iuuenes in authorum scriptis obseruent, & in suis imitentur. Et præter eloquentissimos, à quibus sermo purus petendus est, legat etiam eos, vnde rerum multarum honesta ac liberalis cognitio comparatur, quales sunt historici veteres, Latini & Græci, quales ij, qui de rerum natura, de rectè viuendi ratione, de studijs humanitatis, ac de iucunda Philologiæ varietate scripserunt. Ad Philologiam etiam

DE VERSIBVS FACIENDIS. 146

etiam pertinet Adagiorum opus Erasmi, magnæ bonarum ac variarum rerum copia refertum, Noctes Atticæ Gellij, Saturnalia Macrobij, Volaterranus, Alexander Neopolitanus, Cælij duo, Crinitus, alijque non pauci. Denique inter cuncta legant & percontentur doctos, ut Horatius monet, qua ratione queant traducere leniter æuum. Huc iam se conferant licebit vel ad artem Medicam, vel ad Iurisprudentiam, vel ad sanctissimam literarum sacrarum scientiam.

*Ad. Hic =
Solut.*

FINIS.

146 *22*

ANTVERPIAE, CVDEBAT
CHRISTOPHORVS PLAN-
TINVS. ANNO M. D. LXII.